





285.

1617

ca 1618

25

CENTURIA
CONCLUSIONUM,
DE

STIPULATIONI-
BUS IISDEMQUE DI-
VIDUIS ET INDIVI-
DUIS,

(8)

Quam

A. A.

Consentiente Ampliss. Jureconsultorum ordine

SUB PRÆSIDIO

DN. PHILIPPI LOCHMAN-
NI J. U. C.

In inclyta Lipsiensium Academia examinan-
dam exhibet

RIAS HENNINGIUS

48



D E

STIPULATIONIBUS

in genere, iisdemq; Dividuis
& Individuis.

P O S I T I O I.

V Erborum obligationis materiam, quæ
sui amplitudine (a) & difficultate
(b) jam dudum nobilitata omnium
ferè ingenia torsit, paulò fusius, quàm
fieri tamen potest, perspicuitate tra-
ctaturi sumus.

(a) arg. l. 5. in pr. ibi. conventionales. ff. de V. O. & l. sti-
pulatus. ff. de usuris. Jason in rubr. ff. b. t. qui quocunque alio
titulo generaliore esse omniaq; pacta & conventiones con-
tinere asserit, Raph. Cuman. eod. tit. teste Bart. in l. 1. ff. de
donat. & Petro de Bellapert. hunc tractatum plus quàm me-
dium Decretalium continere tradente. Unde solus bonum
Jctum Bartolus d. loc. Optimum LL. Professore Bossint:
nec posse nisi optimum legistam efficere Jason existimat.

(b) Materiam esse subtilem imò subtilissimam Bart. d. l.
1. Altam & difficilem Jason in rubr. b. t. & in multis vires hu-
mani ingenii superare passim gravissimi interpretes tra-
dunt.

II.

Ne autem funem ex arenâ nectamus, in fronti-

A 2

spicio

... quoniam in speciebus con-
tractuum verborum obligatio, quâ in questione valdè di-
gladiantur Dd.? Et quamvis de jurejurando liberti
& dotis dictione (a) multa accumulent; attamen sti-
pulatione tantum contrahi, atq; hinc solam verbo-
rum obligationem (b) oriri statuimus.

(a) Cujac. in proem. ff. h. t. & ad l. 1. §. 7. ff. de O. & A. mo-
tus autoritate Caji lib. 2. Inst. tit. 9. ibi sunt & aliæ obliga-
tiones, & l. per jurisjurandum. 13. ff. de accept. quibus illexit.
Goedd. in proleg. de contrab. & committ. stipulat. nu. 1. & seqq.
quos sequitur Borcholt. in pr. Inst. h. t. Giphan. in lectur. Al-
torph. ad hunc tit. n. 4. Arumæus exercit. 13. th. 3.

(b) Arg. §. 1. & t. t. Inst. de V. O. pr. & t. t. l. de inutil. stip.
ubi Imperator in nigro stipulationis tantum mentionem fa-
cit, & quam in rubr. tit. prioris verborum obligationem in-
scripsit, jam passim stipulationem nominat, arg. l. 1. §. 1. & 7.
l. obligamur. §. 2. ff. de O. & A. Rubr. C. de contr. & committ. sti-
pulat. Donell. in proem. h. tit. num. 7. & seqq. qui ad contra-
ria respondet.

III.

Differre tamen invicem verborum obligatio-
nem & stipulationem, ut causa & effectus. (a) Ac
stipulandi verbum etiam ex usu juris utriq; contra-
hentium (b) rectè adaptari tentabimus.

(a) Stipulatio enim cum integrum contractum, qui in-
terrogatione & responsione constat, denotet. l. stipulationum.
§. quod ferè de pact. ibi ideoq; ex stipulatu nascitur actio, l. si
quis gravi. §. si ex stipulatu. ff. ad SC. Syll. l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3.
ubi ex stipulatu verbum, non nisi ad ipsum contractum re-
ferri potest; producit vi verborum istam obligationem, quæ
per formam à reliquis distat l. 1. §. 1. & l. 3. §. fin. ff. de O. & A.
Æmil. Ferret. ad Rubr. h. t. n. 2. & seqq. Raph. Cuman. ad l. 5. §.
stipu-

stipulatio. ff. h. t. n. 2. 2. Stipulatio illud negotium est interrogantem & promittentem *l. inter stipulantem 83. ff. n. . .* obligatio verò tamquam effectus inde resultat, quæ postmodum suæ causæ juncta, verborum obligationem inducit, arg. *l. 7. §. 12. ff. de pact. l. 52. §. 2. ff. de O. & A.* Unde patet Ratio inscriptionis, tam in *ff.* quàm in *C.* ibi videlicet effectum; hinc verò causam seu negotium ipsum compilatores inspexisse, quæ denique in *Inst.* indifferentè posita reperiuntur.

(b) 1. Ex verbi significatione, quod non deponens, sed commune esse ex Prisciano *lib. 5. & 8.* ostendit Donell. in *l. 5. §. 1. ff. h. t. 2.* Textus est in *l. si non sortem. 26. §. 13.* ibi si decem aut Stichum stipulatus, solvam quinque *ff. de condict. indeb.* ubi verbum stipulatus, de promittente seu reo accipiendum. Malè tamen adducunt quidem *§. fin.* ibi ac si postea nullus stipulatus &c. *l. quib. mod. toll. obl. & l. si debitor. 39. §. 1. de contr. Empt.* cum expressè de interrogante loquantur. Interim tamen non negamus, ut plurimum de interrogante tantum intelligi *d. l. inter stipulantem. & l. 1. §. si. ff. de O. & A. l. 1. C. de cont. stipulat.* Donell. *d. lo.* qui dissentit. Sequitur Elias Röber. *disp. 11. tb. 4.* Frustrà igitur scrupulosè inquireunt Donell. *d. lo.* Alciat. *lib. 2. paradox. c. 7.* Marcus Aquilinus in *rubr. de V. O. n. 315.* rationem, cur hic contractus potius ab interrogante, quàm promittente nomen sumserit, cum responsio æquè pars digna & principalis stipulationis sit, atque interrogatio, neque hæc illà dignior & principalior, ut Marcus Aquilinus *d. loc.* existimat.

IV.

Etymon quod attinet non à stipe vel stipando cum Varrone (a) nec à stypteria cum Alciato, (b) sed stipulo, quod firmum (c) significat deducimus.

(a) *lib. 4. de ling. lat.* per stipes enim pecunia colligebatur. *l. Ager 27. §. 1. ff. de V. S.* quod non fit per stipulationem, in quam non tantum pecunia venit, sed principaliter in faciendo consistit. Bolognet. *h. t. n. 268.*

(b) *lib. 1. parerg. c. 39.* quem refutat Bolognet. *d. lo. n. 267.*

(c) *pr. Inst. h. t. Paulus lib. 5. sent. tit. 7. Isidor. lib. 5. Etym.*

Ujac. d. tit. 7. Govean. variar. lect. c. 34. Goed. de contr.
mitt. stipulat. c. 1. concl. 1. Rationem ex ejus virtute de-
lumendam puto, quia firmat conventionem nudam, & absq;
causa, ut obligatio inde constituatur contra *l. juris gentium.*
7. §. *sed cum nulla ff. de pact.* Unde nostri Dd. eum firmum
contractum imò firmissimum dicunt. Cyn. in *l. si ex pretio. C.*
si cert. petit. n. 1. Jason in rubr. *b. t. n. 20.* quocirca non im-
meritò à firmitate nomen meruit; In quâ non immorandum;
Nominum siquidem controversia torquet homines con-
tentionis cupidiores magis quàm veritatis, & ideò pertina-
cibus relinqui debet; cum enim res intelligitur, de nomine
laborandum non est. *l. si in nomine. C. de testament. & gl. in l. 2.*
ad. fin. C. de constituta pecunia.

V.

Definimus contractum (a) *juris civilis.* (b)
nominatum (c) *stricti juris* (d) *verbis initum* (e)
quo interrogatus se daturum vel facturum aliquid,
interroganti congruè respondit.

Variè à variis definitur, & tot ferè reperiuntur defini-
tiones, quot capita in hoc labyrintho sudarunt, cum quibus
si impunè philosophari nobis licitum, hanc omni ex parte
perfectam esse defendemus, nihil novi à Pomponio JC. in
l. 5. §. 1. ff. b. t. statuentes, cum ibi tantum brevem rei descri-
ptionem tradat. Jason. *nu. 1.*

(a) §. *fin. Inst. de oblig. l. 1. §. 1. & l. non solum. 31. ff. de O. &*
A. ibi: sed etiam cæteri contractus. *l. eandem. 9. ff. de duob. reis.*
ibi: quia non tantum verbis stipulationis, sed & cæteris con-
tractibus, veluti emptione &c. *l. certi conditio. 9. §. quoniam.*
ff. de reb. cond. ubi contractus verbis initus de nullo alio, nisi
stipulatione intelligi potest. 2. Confirmatur ex *pr. Inst.*
de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. ubi post genera contra-
ctuum enumerata Justin. inquit, dispiciamus etiam de iis ob-
ligationibus, quæ quidem non propriè ex contractu nasci in-
telliguntur, sed superius locutus est de verborum obligatio-
nibus, quæ ex stipulationibus nascuntur per tradita, §. *ib. 2. lit. b.*

Ratio

Ratio desumitur ab effectu, cum pariat actionem, vi & natura propria, ut j. patebit, quod de nullo alio, nisi contractu dici potest. l. 7. §. 1. & seqq. ff. de pact.

(b) §. de Constituta Inst. de act. l. 53. ff. de acquir. rer. dom. l. 126. §. Chrysogonus. 2. ff. de V. O. ubi naturalis & civilis obligatio opponuntur. 2. per l. 1. ff. locat. ubi ideò juris gentium obligatio dicitur, quoniam non verbis, sed consensu contrahitur. Ergò juris gentium contractus non est, qui verbis contrahitur, sed civilis. 3. Arguit dubitatio illa, utrum tantum lingua latinà contrahi possit, §. 1. Inst. b. t. 4. Prohibetur stipulari deportatus l. 14 ff. de Novat. qui aliàs omnem contractum juris gentium celebrare potest, l. 17. §. 1. ff. de pæn. l. 15. ff. de interdict. & relegat. 5. Non ex æquitate conventio- nis quam jus gent. intuetur, sed verborum solennitate obligatio resultat Wesemb. in parat. de V. O. n. 2. Dissent. refut. Gœd. de contrah. stipul. concl. 2. c. 1. Cujac. ad l. 1. b. t. th. 5. observ. 36.

(c) arg. l. 7. §. 1. ff. de pact. tum quia formam cum nomen proprium habet l. 5. §. stipulatio. ff. b. t. ubi JC. Pomponius parti hujus contractus, sed toti negotio stipulationi nomen peculiariter impressit, per tradita in th. 3. lit. b.

(d) l. 5. §. stipulatio ista. & l. seq. ff. b. t. l. un. §. sed etsi non ignoramus. C. de Rei uxor. act. §. Actionum. Inst. de Action. l. 6. si certum petatur. Anton. Faber lib. 5. conject. c. 50.

(e) pr. Inst. b. t. l. 1. §. 1. & 7. l. 52. §. 2. ff. de Obl. & Act. l. 1. pr. & l. 99. ff. b. t. l. Gracè. §. ff. de fidejuss. Pro ratione habendus non incertum & dubium consensum uti Rapaël Cuman. in rubr. nu. 4. opinatus est; Cum etiam in pacto nudo indubitatus, certus, & deliberat^o consensus supponendus. l. 7. §. adeò ff. de pact. sed defectum causæ, quæ exprimitur per interrogationem, & causa est promissionis. Cum conventio non nuda, sed ipsâ interrogatione vestita censetur, Johan. Marc. Aquilin. ad l. 1. §. fin. b. t. n. 3.

VI.

*Formam stipulationis quod attinet, singulariter
receptum*

receptum est, ut ex interrogatione & responsione ore
prolata constet, (a) Adeò ne etiam inter presentes
scriptis contracta subsistat?

(a) §. 1. Inst. b. t. l. 1. in pr. ibi utroq; loquente, d. §. 1. &
seqq. ff. b. t. l. 1. §. 1. & l. 52. §. 2. ff. de O. & A. l. omnes. 10. C. de
contrab. stipulat. Nec enim fingi potest stipulatio, quæ sit abs-
que interrogatione & responsione, cum formâ sublatâ res
nunquam duret. Eberhard. in Topic. in loco à formâ. Mul-
tò minus lege vel naturâ effici potest, ut unquam absque ver-
bis existat Donell. d. l. 1. in pr. n. 7. 6. Quamvis enim non
minus literis ac vivâ voce animi sensa declarari possunt, l. non
figura 38. ff. de O. & A. leges tamen verba desiderant, ut sti-
pulationum ritu ac veluti ceremoniâ quadam seriò se agere,
& obligationem contrahere velle stipulantes testentur per
supr. alleg. ll. 2. Per Text. in l. Titius. 24. ff. de constit. pecun.
& ibid. gl. ubi Epistola à præsentem præsentem data est, & tamen
Ictus dicit, si intercessisset stipulatio, fieri novationem; unde
patet, quod sola præsentia sine verbis non inducat stipulatio-
nem, licet Epistola detur à præsentem præsentem. Bart. in l. Empt.
§. Lucius ff. de pact. Francisc. Aretin. in l. 1. in pr. ff. de V. O. n. 2.
3. Si unus literis & sic tacitè interrogat, alter verò literis &
sic tacitè respondet, adeoque se invicem non expressè, sed
tacitè exaudiunt, talis interrogatio non causa nec responsio
effectus esse censetur, exindeque nihil nisi utriusq; consen-
sus elicitur: qui cum nullam habet causam, præter ipsam
conventionem, seu consensum, minimè obligationem pro-
ducere potest. d. l. juris gent. 7. §. sed cum nulla. ff. de pact. Mar-
cus Aquilin. ad l. 1. in pr. de V. O. n. 39. Nec obstat l. ea, que.
57. ff. de donat. inter vir. & uxor. cum conditio adposita satis
arguat stipulationem inter presentes verbis contractam &
memoriæ causa in scripturam redactam esse.

VII.

Multò minus nutu (a) vel per nuncium, (b)
quæ omnia de utroq; contrahente, tam interrogante
quàm promittente accipimus.

(a) Nutu

(a) Nutu enim voluntatem tantum ostendimus. *l. nutu 21. ff. de legat. 3. l. & in Epistola 22. C. de Fideicommissis*, quæ ad judicandam stipulationem non sufficit, *dd. ll. 2.* Textus est expressus, *in l. 1. §. si quis ita. ff. de V. O.*

(b) *d. l. 1. in pr. ibi*: nec absens, & ibi verba invicem exaudi debent. *ff. b. t. per tradita infr. pos.*

VIII.

Unde elegans suboritur questio: Num absque verbis annuens interroganti, si non civiliter ex stipulatu, tamen naturaliter, & vi pacti obligetur? *Quod contra communem affirmamus.*

1. Modò contrahentium consensus non desit, quando autem consensus ab utraq; parte intercessit, pactum constituitur, exindeq; naturalis obligatio oritur *l. 1. in pr. ff. de pact. l. pactum. ff. de pollicitat.*

2. Licet interrogans stipuletur sibi non animo paciscendi, sed stipulandi, tamen quia in stipulatione inest consensus obligationis contrahendæ, ideoque inutilis stipulatio utile habet pactum, arg. *l. 5. de acceptilat. l. si unus. 27. §. pen. ff. de pact.*

3. Ne actum elusorium contrahentes facere voluisse videantur. arg. *l. 30. ff. de O. & A.*

4. Facientes actum, censentur & velle, quod actus ille, si non ut agant, valet, ut quatenus valere potest, valeat & ignorare ea, ex quibus actus redditur nullus, quia hoc casu non præsumitur scire jura, ut voluit Raphael. Cuman. *in d. l. an inutilis. 8. ff. de acceptil. Johan. Marc. Aquilin. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. substitut. p. 2. n. 2.*

5. Forma & substantia rei, quæ consensum habet, attendi debet, non autem denominatio à contrahentibus illi actui attributa, text. *express. in l. in solam. ff. de præscript. ver. l. 15. §. si un. 4. ff. locati. l. ubi ita. 27. ff. de mort. caus. donat. eleganter Raph. Cuman. in l. 1. §. 2. ff. b. t. n. 9. & seqq.* Nec officit, quicquid comminiscuntur Donell. *in l. 5. §. 2. ff. b. t. n. 3. &*

B

seqq.

seqq. Jason in l. 1. §. 2. eod. n. 5. & 6. & Dd. ibidem, communi-
ter uti in discursu ostendemus; Aut textus l. 1. §. 2. ibi, contra
si sine verbis annuisset, b. r. cum loquitur de unico nutu sine
aliis circumstantiis, adeoque nutu dubio, ex quo cum con-
stet, non posse elici consensum, meritò civilis & naturalis
obligatio deficit. Duaren. ad d. §. 2. in verb. Non tantùm ci-
viliter, ubi ait, non facilè definiendum, quo nutu vel signo
consensus declaretur. Modernus Parisiens. d. loc. censuit,
quod ex sola inclinatione capitis non consentire sit, nisi aliis
circumstantiis concurrentibus. Idemq; voluit Coraf. add. §.
2. nu. 9. Angel. n. 4. Bolognet. n. 151. & multialii.

IX.

*Non tamen sufficit interrogationem & respon-
sionem esse interpositam, sed insuper requiritur, ut
responsio sit continua. (a) Hinc perambigua juris
controversia emergit, utrum stipulatio, si hodiè
interroganti posterâ die respondeatur, valeat nec
ne? Quod, quamvis omnes ferè unanimiter ne-
gant; (b) Nos tamen, modò ad alium ex-
traneum actum non diverterint (c) contrahentes,
stipulationem subsistere (d) exercitii causâ defen-
demus.*

(a) Textus in l. 1. §. qui præsens l. continuus. 137. ff. de V. O.
ita tamen, ut aliquod monumentum naturæ & modicum
temporis intervallum intercedere possit, l. duos 6. §. 3. ff. de
duobus reis. 1. Quia est actus individuus, & consequenter con-
tinuus, arg. l. cum antiquitas. C. de Testam. 2. Ea, quæ sunt,
de forma & substantia rei, debent esse contemperanea, & si-
mul explicari, Jason ad d. §. 1. n. 4.

(b) Carol. Molinæus in d. l. 1. §. 1. n. 4. Donell. n. 5. Gæd.
de contrah. stipulat. c. 4. concl. 2. Franciscus Aretin. in d. l. con-
tinuus. 137. ff. de V. O. & multi alii.

(c) Absque

(c) Absque repetitione interrogationis *l. continuus. 137 ff.*
h. t. ibi ceterum, si post interrogationem aliud acceperit &c.
Licet modicus actus extraneus intervenire non prohibeatur,
modò non sit contrarius obligationi *d. l. 6. §. 3. ff. de duob. reis*
arg. l. 1. §. assignare. ff. de assign. libert. l. 21. §. 1. ff. de testam. arg.
l. 17. §. l. sancimus. C. eod. Francisc. Aretin. dict. l. continuus.
num. 1.

(d) Ratio in *d. l. 1. §. qui praesens.* ubi medium interval-
lum non viciat stipulationem, sed sufficit reverso & praesenti
esse responsum, quod & nos requirimus. 2. Momentum
naturæ non ad tempus, sed ad actum naturæ referri debet,
d. l. continuus. 3. Spatium deliberandi videtur sumptum,
quod non inducit actum contrarium, cum in eadem re & ne-
gotio mente & animo hæreat, multò minus discessus, nisi in-
terveniente longo intervallo. *d. l. 1. §. qui praesens.* Paulus de
Cast. *d. l. continuus.* 4. Textus est clarus in *l. 12. ff. de duobus*
reis constit. ubi stipulatio, in qua posterâ die respondent pro-
missores, ideò non valet, quia stipulator vel promissor ad
alia negotia discesserit, quod innuunt verba ibid. licet per-
actis illis rebus &c. Ergò, si ad alia negotia non discesserint,
stipulatio valet, etiam si responsio posterâ die facta sit. Non
tamen ad secundum, tertium, vel plures dies cum Castrensi
extendimus, utpote cum vix aliquis uni negotio tam con-
tinenter mente inhærere possit. Nec est quod urgeat quis
vocalam *Mox.* Illud enim quàm variè in jure accipitur.
Coler. *in process. Exec. p. 3. c. 6.* ostendit Francisc. Aretin. *in*
d. l. continuus. n. 3. ubi multos allegat. Nos continuo & mox
in hac materia aliquid fieri dicimus, donec si contrahentes in
illo negotio consistant, nec ad extraneum actum devenerint.
Dn. Jacob. Scult. *in obs. forens. observ. 29. n. 9.* eruditè.

X.

Deinde congrua & conformis interrogationi,
(a) adeò ut concordent inter se, quod si aliud sit in
responzione, atque fuerit in interrogatione, stipulatio
nulla (b) contrahitur.

B 2

(a) l. i.

(a) l. 1. §. 4. *ibi oportet congruere ff. b. t. ubi Ruin. n. 1. l. 32. §. verbis. ibi congruens responsio ff. de O. & A.*

(b) Puta si stipuler centum, tu promittas Stichum *d. l. 1. §. 5. b. t. Ratio: Non enim subsistit stipulatio, quæ ex promittentis voluntate statum capit. l. 108. §. 1. ff. de V. O.*

XI.

Conformitatem & congruentiam intelligimus, non ut olim solennitatem verborum, id est, ut iisdem verbis, quibus interrogatus est (a) respondeat; Sed consonantem intellectum, cum sufficiat quibuscunq; etiam aliis verbis responderi, modò alter alterum intelligat. (b) Id quod Leoninâ constitutione (c) effectum existimamus.

(a) Text. in §. 1. *Inst. b. t.* puta Dabis, dabo, promittis, promitto &c. quæ verba erant solennia.

(b) *d. §. 1. ibi: sed hæc solennia Inst. b. t. Nec necesse est ead. linguâ, uti vel in respondendo omnia in interrogatione contenta repeti, sed satis est, congruenter ad interrogata, responderi, eaq; per relationem repetita videri text. express. in §. 5. Inst. b. t.*

(c) *l. omnes. C. de contrab. stipulat.* quæ solennitate verborum sublatâ sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solùm desiderat, ejusq; mentionem facit Justinianus in §. 1. sed hæc solennia *Inst. b. t.* Magnum negotium hîc facessat *d. l. 1. §. 2. ibi: quod in &c. ex quo apparet tempore Ulpiani, qui, ut asserit Socinus ibid. n. 17. plus 250. annis vixit, ante Leonem, verborum solennitatem esse sublatam, adeoque Leoni minimè adscribendum, imò manifestam juris antinomiam statuendam existimant. Verùm prætermisissis iis, quæ Raphael. Cuman. in *d. §. 2. istum. §. Ulpiani esse negans, & reliqui solennitatem verborum stipulationum in usu non fuisse asseverantes hîc congerunt, nobis placet effatum Burgigell. n. 44. & Bologn. n. 382. Qui solennitatem verborum etiam**

etiam Ulpiani tempore sublatam fuisse asserunt, sed non
tam apertè, & p modum regulæ, ut *Leo* constituit *d. l. omnes*.
Vel si non placet, dic ex mente nostra; quod & olim in sti-
pulatione responsio concipi poterat, eod. verbo interroga-
tione expresso, & satis erat idem verbum implicari seu repe-
ti, vel expressè vel tacitè *l. blanditus. C. de Fidejussor.*

XII.

*Vnde, si ita interrogatus, promittis mihi centum?
respondeat; Quidni, ita, sic, maximè, vel similiter,
stipulationem subsistere verius est.*

Text. in *l. 1. §. 2. ff. b. t.* ubi per verbum, *Quidni*, quod
exponimus, cur non scilicet dem vel dabo, satis superq; idem
verbum interrogatione expressum, repetitum intelligitur:
Non quidem, ut verbum *quidni*, sit verbum *dabo*, sed ad in-
terrogationem relatum illud necessariò implicet.

2. Verbis hisce respondens annuit, & sic expressè con-
sentit iis, de quibus interrogatus est, arg. *d. l. 1. §. 2.* ibi contra
si sine verbis.

3. Virtute relationis præsertim continuæ & immediatæ
relatum inest specificè *d. l. si defensor. §. qui interrogatus d. §.*
præterea etiam in his, quæ sunt de forma, ut tradit *Philipp.*
Dec. consil. 687. Nec dimovet nos, quod ubi expressio rei
cujuspiam est, de forma non sufficiat eam fieri per relatio-
nem ad aliud, ut ostendit *Aretin. in l. 1. de lib. & posth. l. si is ad
quem. ff. de acquir. rer. dom.* Cum non expressio pro forma in
stipulatione requiratur, sed tantum ut præcedat interroga-
tio, & sequatur responsio *l. obligamur. §. verbis. ff. de O. & A.
d. §. præterea. Marc. Aquilin. in d. §. si quis ita. n. 13. & seqq.*

XIII.

*Magis controversum est hoc loco, an stipulatio
per promissionem impersonaliter concepta, puta da-
bis dabitur, contracta intelligitur? quod itidem affir-
mamus.*

1. Per rationes positione præced. adductas.
2. Generalitas responsionis ex interrogatione explicari debet, cum id respondere quisq; intelligatur, de quo interrogatus est. *l. 9. §. qui interrogat. ff. de interrogat. act.*
3. Quamvis verbum dabitur ad alium referri potest, & qui ita respondet, ex proprietate sermonis intelligatur, tam de se, quam de aliis, tamen quia scit vel scire debet stipulationem respectu aliorum non valere *l. inter stipulantem. 87. in pr. ff. b. t.* tantum respectu ipsius sustinetur & valet, ne utile per inutile vitietur. *l. stipulatio ista. ff. b. t.*
4. In dubio semper benignior interpretatio accipienda est, & ut actus potius sustineatur, quam pereat.
5. In iis, quæ stricti juris & pro forma inducta sunt, lex interpretationem, quæ ex verbis ipsis colligitur, rejicere non potest. *l. 2. §. in his de O. J. Goed. de contrab. & comm. stipulat. c. 4. n. 32. & seqq. Donell. ad l. 5. §. 1. ff. b. t. Dissent. Bart. in l. stipulatio ista. §. si quis. n. 2. Jason n. 4. Joan. Marc. Aquilin. ad l. 1. in pr. ff. b. t. n. 29.*

XIV.

Verbum Dabo, si instrumento obligationis sit insertum, & de interrogatione facta constet, stipulationem præsumi contra Scabinos Lipsienses (a) Bocerius (b) disputat. Nos, licet interrogationis in instrumento mentio non fiat, attamen stipulationem præsumendam (c) esse contra Bocerum statuimus.

(a) *In resolut. quest. 41.*

(b) *disp. de stipulat. tb. 3.*

(c) *Modò res inter præsentis gesta sit l. 1. C. b. t. 1. Verbum D A B O aptum est ad stipulationem, quæ quibuscunq; verbis contrahi potest, & eandem vim habet, quam promissio. §. in hac re. 1. Inst. b. t. l. omnes. 10. C. b. t. Cum necessariò eand. implicet, puta Dabo, id est, promitto dare. Promissionem autem stipulationem importare patet ex text. expres. in §. si*

in §. si scriptum. 18. Inst. de inutil. stipulat. Johan. Baptist. const.
in prax. convent. part. 1. n. 84.

2. Propter rerum & partium necessariam consequen-
tiam & affectionem. Utilis enim non est promissio, nisi eam
interrogationem præcessit, ut proinde illâ positâ, si eam uti-
lem esse volumus, necesse sit interrogationem continuò in-
telligi, quæ ei ex adverso respondeat. l. 1. C. de usur.

3. In dubio præsumendum contrahentes ita convenisse, ut
obligatio validissimè effectum sortiatur, quod fit per stipula-
tionem, & in testibus secus esse ostendit Molin. in rubr. de V.
O. nu. 40. Nisi ex adjunctis vel aliàs appareat de absentia, ut
si scriptum sit promissum per epistolam, quia tunc nec verbo
cavit, stipulatio continetur. l. Titia. §. pen. ibi si inter præsentis
actum est. h. t.

XV.

*Sed conformitatem rerum, idque eatenus proce-
dit, si diversitas vel difformitas sit in substantia,
(a) sin verò in qualitate; (b) & diversitas illicò pla-
cuerit interroganti; (c) stipulationem contrahi extra
controversiam est.*

(a) Quando videlicet aliud pro alio respondetur, puta
si stipulanti mihi decem, Mævium promittas; Ratio est de-
fectus consensus, qui in omni conventionem, l. 15. adeò. ff. de
pact. & consequenter etiam in stipulatione, ut j. dicitur, re-
quiritur. Cum aliud stipulator, aliud promissor voluisse vi-
deatur per trad. in th. 10. & Gœd. de contrah. stipulat. cap. 4.
nu. 90. & seqq. adeòne etiam ut pactum nudum valeat. Ra-
phael. Cuman. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. h. t. n. 7. Jason n. 2.
Modern. Parisiens. n. 11. & seqq.

(b) d. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. h. t. §. prætereas, ibi aut
si ille Inst. de inutil. stipulat. quod fit, si purè interroganti sub
conditione respondeatur, vel in diem promittatur & vice ver-
sâ text. exprès. in d. §. si quis simpliciter.

(c) d. §. si quis, ibi cum adjicit vers. nisi diversitas respon-
sionis

frons illicò placuerit. Istamque diversitatis approbationem in qualitate semper requirimus, etiam breviori tempore in responsione adjuncto. V. G. si dicat quis, promittis intra octiduum dare, alter respondeat, promitto dare cras, perendie.

XVI.

Quod si diversitas sit in quantitate, complacentiâ minimè opus est, sed in minori summa statim contrahatur stipulatio.

V. G. si stipules decem, tu quinque promittas, stipulatio sine ullâ approbatione in quinque contracta est.

1. Per text. express. in *d. l. 1. §. si stipulanti. ff. b. t. l. si servus 109. §. 10. de leg. 1.*

2. Quia partes in minori summa concordant, & quoad illam congruit interrogationi responsio, cum minor summa majori semper insit *d. §. si quis simpliciter.* Quæ regula quomodo & quando procedat, eleganter ostendit Joan. Marcus Aquilin. in *d. §. sed simibi. n. 38.* Jason in *d. §. si ad stipulanti nu. 4. & seq.* ubi tradunt, utrum id ex proprietate sermonis, an verò interpretatione juris contingat.

3. Naturaliter anhelat stipulator ad lucrum *l. cura. §. 1. ubi gl. in verb. si ex voto & l. si defunctus. C. arbitr. tutel.*

4. Ut actus valeat eo modo quo potest, quod in dubio eum velle præsumendum est *l. quoties, ubi Jason. ff. de duob. reis.* Dissent. Modern. Parisien. in *l. 1. §. 5. stipulanti. b. t. n. 2.* cujus rationes manifestissimè confunduntur per hunc textum.

XVII.

Imò quamvis approbatio diversitatis accedat, quo ad majorem summam tamen stipulationem non contrahi, novè statuimus.

Putat si interrogatus promittis decem, respondens promitto viginti, in decem tantum contracta est obligatio, adeò ne etiam complacentiâ subsecutâ in reliquis decem stipulatio ulla contrahatur. Ratio:

1. Quia

1. Quia obligationi nihil detrahitur vel adjicitur, quocirca subsistit, nec vitiatur, cum ab initio non nisi in decem contracta sit, *d. §. si stipulanti*. Quod secus est, si diversitas sit in qualitate, quæ ab initio in tota summa contrahitur, & postea detracto vel adjecto alio vicissim perimitur *d. §. si quis simpliciter*.

2. Quantitas, si in obligationem deducitur, est pars & substantia obligationis *pr. ibi alicujus solvendæ Inst. de obligat.* Idcirco ab initio non potest contrahi, nisi quatenus mutuus utriusque contrahentis consensus in ea intervenit. Secus, si dies adjiciatur, quæ non est pars obligationis, sed stipulationis *l. 1. §. diem. ff. de edend.* & obligatio nascitur, licet dies nondum venerit, propterea obligatio ipso jure contrahitur, *l. cedere. ff. de V. S.* Sed die additâ vel detractâ, seu conditione adpositâ vitiatur. Unde statuimus *d. §. si quis. simpliciter* verò, cum adjicitur &c. non posse referri ad *§. seqq.* Id quod suadent exempla *ibid.* subjecta, tùm etiam ratio juris jam modò declarata.

3. Ratio illa generalis & *in d. §.* posita, cum non sic respondeat, ut interrogatus est, ideoque non potest contrahi stipulatio vel obligatio nisi quatenus interrogationi responsio est conveniens; Et cum diversitatis adprobatio tantùm secundùm quid, si videlicet obligationi jam contractæ aliquid detrahitur vel adjicitur, sit licita, sequitur manifestè in alio casu approbationem nihil operari, cum cessante ratione legis ipsam dispositionem cessare verius sit.

XVIII.

Hinc subtilis sed admodum difficilis resultat concertatio: An diversitatis approbatio conservet illam stipulationem, de quâ instituta est interrogatio, an verò aliam novam constituat? posterius placet.

1. Textus express. in *d. l. 1. §. si simpliciter. ibi*: tunc enim alia stipulatio contracta, &c. 2. Quando stipulatio ab initio
C inutilis

inutilis est, & ex supervenienti actu convalidatur nova stipulatio, contrahitur *d. §. si quis simpliciter ibi*, semper probandum vitiatam esse obligationem. Rationis Rationem assignat Jason *ibi nu. 7.* quia quando, quod agitur, non valet, quod confirmat, dicitur de novo dare, & Br. in *l. 1. C. de codicill.* tradit quod, qui confirmat illud, quod essentialiter non valet, de novo disponere & facere videatur.

3. Arguit text. in *d. §. si quis simpliciter* obligationem ex interrogatione & responsione esse contractam, sed vitiari si ei aliquid addatur vel detrahatur. E. G. Si ita interrogatus dabis, respondeat dabo, statim contracta est obligatio, quæ illicò etiam vitiatur, dùm conditionem adjecerit, puta, si illud factum erit. Et hoc est, quod sentit Ulpianus, dùm dicit, cum adjicitur aliquid, vel detrahatur obligationi, semper probandum est vitiatam esse obligationem, quæ verba supponunt contrahi obligationem, & vitiari aliquo adjecto vel detracto.

XIX.

Utrum autem approbatio diversitatis tacitè intercedere possit seu verbis exprimi debeat, dubii juris est? Nos in eorum, qui verba desiderant, concedimus sententiam.

arg. *l. 1. §. verbis* & *l. 52. §. 2. ff. de O. & A.*

2. Contrahitur alia nova stipulatio per tradita pos. præced. Jason eleganter *ad dict. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. h. tit. num. 6.*

3. Arguit ex taciturnitate stipulatoris dissensus præsumptus, cum enim illicò responsionem acceptare potuerit & noluerit, procul dubio dissensisse videtur, adeoque invitus obligari non potuit, *l. hoc jure. §. non potest de donat. l. invito. & l. invitus. ff. de R. J. arg. l. non solum de O. & A. l. an inutilis in pr. ff. de acceptil. Butigell. ad d. §. si quis simpliciter. nu. 15. Modern. Parisiens. nu. 31.*

XX. Quo

XX.

*Quo loco & hoc notatu dignissimum immisce-
mus, quod stipulatio in arbitrium seu voluntatem
promittentis vel debitoris conferrri non possit.*

Per text. exp. in l. 17. & l. 46. §. fin. ff. de V. O. Ratio 1.
Quia hoc modo stipulatio ex voluntate promittentis statum
caperet, quod fieri nequit. l. 108. §. 1. ff. b. t.

2. Quia lex præsumit promissorem nunquam velle.
Bart. in l. si Titius & Sejus b. t. & l. sub hac. de O. & A.

3. Promissor nullo obligationis nexu esset obstrictus sti-
pulatori, contra naturam obligationis pr. Inst. b. t.

4. Fundamentum est in l. sub hac. 8. ff. de O. & A. ubi
Pomponius ait, pro non dicto est, quod dare nisi velis, cogi
non possis.

5. Textus valdè notabilis in c. commissa. §. porrò de
Elect. in 6. ibi ne statutum ipsum fiat ludibrio, debitoque fru-
stretur effectu, Donell. in d. l. 17. Anton. de Padill. ad d. l. 1. ff.
de leg. 2. n. 7.

XXI.

*Nunc de personis, quæ contractum istum inire
possunt, despiciendum: ubi regulam generalem con-
stituimus: Omnibus regulariter stipulari permissum
est, nisi prohibeantur Naturâ vel Lege.*

arg. pr. Inst. de his, qui sunt sui vel alieni juris, cognitio
enim personis prohibitis facilè patet, quibus permissum sit.

XXII.

*Naturâ prohibentur omnes, qui consentire
(a) & fari (b) nequeunt, utpote infantes. (c)*

C 2

(a) Quod

(a) Quod commune habet stipulatio cum reliquis contractibus, text. express. in *l. 1. §. conventiones. ff. de pact.*

(b) Cum non possit contrahi nisi utroque loquente. *l. 1. in pr. ff. de V. O. Non fit nisi verbis l. 1. §. penult. & seq. ff. de pact. l. obligamur. § 2. de O. & A.*

(c) *l. Mulier. 70. ff. de V. O.* Duplici ex ratione, quia loqui non potest. *l. 1. ff. b. t. l. 1. §. 13. de O. & A.* Deinde actum rei non intelligit, *l. 3. C. de acquir. poss.* Neq; enim scire neq; decernere intelligitur *l. 9. ff. de acquir. hered.*

XXIII.

Unde elegans suboritur disceptatio: Num minor 7. annis, puta trimus vel quadrimus, si fari possit, naturâ stipulationem contrahere prohibeatur? quod rationibus firmiter ducti affirmamus.

Text. in *l. 141. §. 2. b. t.* dubium fecit *l. 5. de R. 7.* Infans minor 7. annis dicitur *l. si infanti. C. de jure deliber. l. 1. §. 1. de administr.* ideò dictus, quod fari non possit. *d. l. 141. §. 1.* Licet enim verba articulata proferre queat, tamen cum secundum naturam planè & integrè non loquatur, jure fari non posse, sed adhuc infans censetur. Cum ista locutio sit imperfecta, *§. praterea. Inst. quibus permiss. facer. test.* Nec integritas loquendi nisi septimo anno ætatis plenè absolvitur, teste Macrobio de somnio Scipionis *lib. 1.* sed infantia usque ad 7. ætatis annum durat *d. l. si infanti.* ubi Bart. & Dd. Joan. Marcus Aquilin. *ad l. 1. in pr. ff. b. t. n. 100. & seqq.* Nec obstat *l. 6. ff. rem pup.* salvam fore, cum loquatur de infante, qui excessit septimum annum Don. *ad d. l. 1. n. 8.* Idq; intrepidè asserimus, licet commoditatem infantibus afferre possit. *Const. 288.*

XXIV.

Furiosi & mente capti, quamvis fari possunt, cum tamen actum rei non intelligant, stipulationem contrahere nequeunt.

§. fu-

§. furiosus. Inst. de inutil. stipulat. l. 1. §. furiosum 12. ff. de O. & A. l. in negotiis. 5. & l. si furiosi 40. ff. de R. J. cum absentis loco habeantur l. 129. §. fin. ff. eod. tit. absentes autem stipulationem contrahere minimè posse constat ex l. 1. ff. b. t.

X XV.

De muto (a) & surdo (b) licet reliqua negotia rectè peragant, hic etiam consensum verbis exprimere possit, idem ut statuamus rationi juris congruit.

(a) §. mutum Inst. de inutil. stipulat. l. 1. in pr. ff. b. t. Ratio est defectus sermonis, qui de forma stipulationis est per superius adducta.

(b) Quia non exaudit stipulantem vel promittentem d. §. mutum. 7. Inst. de inutilib. stipulat. l. 1. §. fin. ibi verba stipulantis exaudire debet ff. de O. & A. d. l. 1. in pr. exaudire invicem debent.

2. Duo invicem loqui non possunt, nisi alter alterum intelligat, id quod verum est sive naturâ, sive ex accidenti tales sint. l. discretis. C. qui testam. fac. poss. ubi Jason n. 7. Guil. Benedict. inc. Raynutius n. 27. & seqq. sive perpetuò sive ad tempus Bologn. ad d. l. 1. n. 84. & 92. Quò ad potentiam enim gerendi actum, is qui ad tempus loqui vel audire nequit, æquiparatur illi, qui in perpetuum non potest. l. servo invito. §. si pupillo. ff. ad SC. Trebell. Modò omninò loqui vel audire nequeant; cæterum, si difficulter vel tardiùs puta surdaster vel blæsus sit, aliter sentiendum d. §. mutum. 9. Inst. de inutil. stipul. Joan. Marc. Aquilin. ad l. 1. ff. b. t. n. 98.

X XV I.

Lege prohibitorum numero sunt Pupilli (a) Prodigii (b) quibus bonis interdictum est, qui promittendo stipulanti nunquam obligantur, (c) sibi autem promittentes obligatos habent. (d)

C 3

(a) §. 9.

(a) §. 9. *Inst. de inutil. stipulat. l. pupillus. 57. ff. de O. & A.*
Ratio est imperfectus consensus.

(b) *l. is cui 6. ff. b. t. cum consensum & voluntatem in jure non habere dicantur. l. furiosi. 40. ff. de R. J. Furiosis comparantur l. 1. de curat. l. 1. ff. de curat. furios.*

(c) *l. quod pupillus. 41. de condiēt. indebit. ubi Dd.*

(d) De pupillo textus est in *pr. Inst. de aut. tut. l. 9. ff. eod.* Conditionem enim suam potest facere meliorem non deteriorem. 2. Favor ætatis modò actum rei intelligant. De prodigo textus est expressus in *d. l. 6.* Ratio juris, quia quando sibi acquirit, & conditionem meliorem facit, non facit, ut prodigus, sed diligens paterfam. cui in rebus gerendis interdictio fieri non potest, nec debet. 2. Interdictio tantum translationem & diminutionem importat *d. l. 1. ff. de cur. furios.* non acquisitionem. Rationis ratio: Ne inducta ad unum finem effectum operarentur contrarium *l. legata inutiliter ff. de leg. 1.* Et interdictio, quæ fit ad commodum seu utilitatem prodigi, ne bona sua dilapidentur, non debet retorqueri in ejus læsionem vel odium. *l. quod favore. C. de ll. & c. quod ob gratiam de R. J. in 6. Donell. & Jason. ad d. l. 6.*

XXVII.

Idq; non tantum procedit in stipulationibus, verum etiam in reliquis contractibus (a) nisi locupletiores facti, (b) vel dolo malo in re versati sint. (c)

(a) Ex identitate rationis & *l. 127 ff. b. t. ubi Cujac. in lib. 17. observ. 4.*

(b) *l. 13. §. fin. & l. seq. ff. de condiēt. indebit. l. si pupillus. 21. ff. ad l. Falc. l. si ejus. 64. ff. ad SC. Trebell. l. cum illud 25. §. heres. ff. quand. dies. legat. ced. l. in numerationibus. 44. l. Sticham 94. §. naturalis. 4 ff. de solut. l. fin. ff. de jurejur. Idq; ratio juris suadet, ne quis alterius jacturâ locupletetur.*

(c) Text. in *l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 3. §. fin. ff. de dolo mal.*

XXVIII. Vn-

Unde Beocardicæ à Dd. agitantur Quæstiones : I. Num pupillus isto casu naturaliter vel civiliter obligetur? Nos enim regulariter non, factum verò locupletiozem naturaliter tantum obligari defendemus.

Per text. express. in *l. pupillus. 59. ff. de O. & A. l. quod pupillus. ff. de condict. indeb. l. ait prætor. 3. §. pupillus. 4. ff. de Negot. gest. l. 1. ff. de Novat.* Ubi pupillus pecuniam sumit à Titio mutuam, & in rem suam convertit, argum. *l. 47. §. planè. ff. de solut.* Elias Rober. *disput. 5. thes. 5.* qui refellit contraria.

I I. An prodigo bonis interdicatur ipso jure, an verò Magistratus decreto opus sit? Eorum, qui decretum exigunt, opinioni subscribimus.

l. 1. §. l. Julianus 10. l. pen. §. 1. ff. de curat. furios. l. si curatorem habens. Cod. de rest. in integr. c. veritatis. extr. de dolo & contumac. Ratio 1. desumitur ex *l. 27. ff. de Minor.* Ubi ejus, qui vitæ adolescens, id est, prodigus est, gesta valent, nisi ipsi interdictum sit. 2. Prodigo potest testamentum facere ante interdictionem prætoris. *§. item prodigus Inst. quibus testament. facere non est permiss.* Prodigo igitur non ipsâ lege, sed prætoris decreto interdicitur, aliàs non posset condere testamentum, facit *l. tres tutores. 55. ff. de administr. tutor.* 3. Apparet ex formulâ interdictionis, *Paul. libr. 3. sent. tit. 4.* Quando bona tua paterna habitâque nequitiâ tua dispergis, liberosq; ad egestatem producis, ob eam rem tibi eâ re commercioq; interdico. *Cujac. ibid. in notis & Borcholt in §. furios. Inst. de curator.* Non movent, quæ congerunt *Donell. dict. l. 6. Raphael. Cuman. & alii ibid. interdictionem quidem ipso*

ipso jure fieri, sed declarationem judicis requiri statuentes: cum prætor ex legis jussu & autoritate interdictionem decernat, Forster. tract. de success. lib. 1. cap. 27. Gæd. hic.

XXX.

De Minore curatorem habente, an absque ejus autoritate ex stipulatu teneatur, abstrusior, sed utilis est disceptatio? Negativæ rationem juris suffragari existimamus.

Text. in l. si curatorem. 3. C. de rest. in integr. ubi contractus cum minore curatorem habente in ius ipso jure nullus dicitur, exemplo ejus, cui bonis interdictum est à prætore; cum eo verò, qui curatore caret, subsistere, cui beneficio restitutionis succurritur; Ratio 1. Quia per dationem curatoris adempta est ei administratio, adeoq; obligatio & alienatio bonorum. §. 1. Inst. de autorit. tutor. l. 1. ff. de Minor.

2. In omni contractu negotium geritur l. 7. §. 4. ff. de pact. l. solent. 15. ff. de prescript. verbis. Minor autem curatorem habens sua negotia gerere nequit. l. 33. ff. §. 1. de administr. tutor. vel curator. Donell. ad l. 101. ff. h. t. Rober. disput. 5. tb. 4. Niell. disput. feud. 2. thes. 4. lit. d. qui eleganter nodum enucleat.

XXXI.

Specialiter igitur in causa manumissionis introductum habemus, quod adolescens 20. ann. stipulationem de servo manumittendo contrahere possit, id quod L. Æliæ Sentia introductum est.

l. si minor. 66. ff. h. t. §. eadem inst. qui à quibus manumittere non lic. Ratio est favor libertatis, qui in jure maximus. 2. Ex prohibitione L. Æliæ Sentia, quæ vetat minorem 20. annis manumittere. Ergò in aliis concedit, cum unius prohibitio sit alterius permissio. Viginti igitur annorum non minor debet esse, licet nondum impleverit. Cum enim l. loquitur de
majore

maiore sufficit attigisse, licet illud nondum excefferit Raph.
Cuman. *ad d. l. si minor ff. b. t.*

XXXII.

Deportati denique damnati in metallum seu ultimum supplicium, (a) & ceteri, qui juris civilis (b) communitationem non habent, indistinctè prohibentur.

(a) *l. quotiens. 14. §. sed si. ff. de Novat. l. deportatus 14. ff. de interd. & releg. l. si debitori. 47. ff. de Fidejussor. l. 63. §. pen. ff. pro soc. l. 17. & l. 29. ff. de pæn. civitatem & libertatem amittunt. Ratio, quia prorsus pro mortuis habentur.*

(b) *Stipulationes enim sunt jure civili introductæ, & à nullo alio, nisi cive Romano celebrari possunt. Gœd. de contr. stipulat. c. 7. nu. 10. & seqq. Hinc relegati in Insulam, quia jura reliqua omnia eis salva manent, nullo jure prohibiti reperiuntur. l. 4. & l. 14. §. 1. ff. de interd. & relegat. §. relegati. Inst. quib. modis pat. potest. solv.*

XXXIII.

Ad hoc autem introductæ sunt stipulationes, ut quilibet sibi acquirat, unde regulam constituimus: Neminem alteri stipulari posse, (a) id quod etiam de jure Canonico verum opinamur. (b)

(a) *Sc. si verba promissiva in personam alterius conferat. §. si quis alii & §. alteri. Inst. de inutil. stipulat. l. stipulatio ista 38. §. alteri l. inter stipulantem. 83. ff. de V. O. l. ut inter absentes. C. de inutil. stipulat. Ratio 1. contractus ex personis contrahentium initium capiunt, aut actum inanem efficiunt, l. quæcungq. ff. de O. & A. 2. Obligatio juris est, quæ alteri non acquiritur, Giph. ad. l. 53. ff. de acquir. rer. dom. Pro alio tamen seu nomine alterius stipulari non prohibentur, modò verba obligativa & executiva in suam personam concipiat, puta, promittis mihi nomine Mævii dare centum. Et sufficit*

D

inter-

interesse ejus, cujus nomine stipulatur, licet stipulantis non
interfit. *l. quoties. §. fin. ff. de V. O. l. si procuratori. ff. si quis caut.*
quia tunc stipulatio ex ejus personâ radicem & robur habet,
& consequenter non refragatur, sed potius suffragatur *l. quæ-*
cung. b. t. Aliud enim est stipulari alteri, aliud nomine alte-
rius stipulari. Quod secus est in stipulationibus prætoriiis seu
honorariis, in quibus judex parti absenti potest stipulari, &
in personam alterius verba dirigere, propter utilitatem &
usum indiciorum, cum judex sequatur magis æquitatem,
quàm civilem subtilitatem, Anton. Gabr. *conclus. commun. de*
V. O. conclus. 1 nu. 85. & n. 117. Item procurator domino *l. in*
omnibus. ff. de prætor. stipulat. gl. in l. cause. §. fin. ff. de procurat.
cum hoc casu sufficiat ejus interesse, cujus nomine stipula-
tur, licet stipulantis non interfit, *l. cum qui. §. Julianus. ff. de*
const. pecun. text. elegans in l. 1. C. per quas personas nobis acquir.
ubi verba executiva in dominum collata irritam faciunt ob-
ligationem *l. quoties. §. ult. ff. de V. O. l. si procurator. ff. si quis caut.*
Cardin. Mant. *de tacit. convent. lib. 14. tit. 24.*

(b) *c. cum inter. de Elect. c. non solent. 2. q. 7.* ubi etiam ex-
ceptio tua non interest, valet Fachin. *lib. 3. c. 19.* Abbas in *c.*
si cautio de fide Inst. ibiq; Anton. de Butrio *n. 10.* & Felin. *nu. 7.*
ita ne tantum denegetur actio ordinaria, verùm etiam via de-
nunciationis Evangelicæ in foro conscientie Br. in *Extra-*
vag. ad reprimend. in verb. per denunciationem in fin. de-
nunciatio enim non habet locum, nisi ubi quis persequitur
proprium interesse. Immo in *d. §. alteri. n. 3.*

XXXIV.

Nisi interfit stipulantis alteri, cui stipulatur,
quid dari vel fieri, (a) puta si stipulor à contutore
rem pupilli salvam fore. (b)

(a) *§. sed & si quis. inst. de inutil. stipul. l. stipulatio ista 38.*
§. si stipular. & §. si quis ergò. & §. seq. ff. de V. O. d. l. inter absen-
tes. ibi nisi sua interfit. C. b. t. Angel. Aretin. in §. sed etsi quis.
Inst. de inutil. stipulat.

(b) *l. 23.*

(b) l. 23. & seq. ff. rem pupill. salv. fore. d. l. stipulatio ista. §. 1.
Inst. de satisfat. tutor. Tunc enim mihi ratione ejus quod in-
terest, obligatio & actio quaritur, stipulatioque ex persona
propria initium capit. l. ii. ff. de O. & A. Adeò, ut etiam hoc ca-
lu verba obligatoria & executoria in pupillum absentem
concipi possint. Cardin. Mant. de Ambig. convent. libr. 14.
tit. 23. num. 7.

XXXV.

*An verò stipulantis ab initio intersit, vel, si ex
post facto interesse incipiat, stipulatio subsistat, protri-
tae questionis est? Nos distinctionis fœdere litem di-
rimemus.*

Dubiam facit hanc quæstionem gl. in d. l. stipulatio ista. §.
alteri in verb. interest, quam secuti sunt Br. Cyn. & Salicet in
l. pacto successorum. C. de pact. Immol. in l. existimo de V. O. qui
indistinctè stipulationem convalescere existimat. Quod in-
ficias ivit Christoph. Castellio. J. C. subtilissimi ingenii in l. si
ita stipulatus. §. possunt. ff. h. t. cum eo Fulgos. & Raphael. Cu-
man. in d. §. alteri. n. 2. Aut igitur promissio relata est in
personam stipulantis. Executio verò in extraneum, & stipu-
latio valet: Aut utrumque in extraneum, & illam non subsi-
stere existimamus; Ratio quod enim ab initio nullum est, ex
post facto non potest convalescere l. si tibi decem. §. si pactus. ff.
de pact. in d. th. 31.

2. Qui alteri stipulatur, obligationemq; in ejus perso-
nam confert, non habet animum sibi acquirendi. Sine ani-
mo autem & consensu nulla obligatio contrahitur per sup.
tradita, elegantissimè Jason in d. §. alteri. n. 21. qui hunc pas-
sum subtilem & disputabilem, in illoq; utramq; partem dis-
putando defendi posse, refert.

XXXVI.

*Vel stipulator ejus, cui stipulatur, potestati sit
subjectus, ut filiusfam. patri, servus domino.*

D) 2

§. si

§. si quis alii Inst. de inutil. stipulat. d. l. stipulatio ista. §. alteri l. quodcumq; 45. l. si filiusfam. 78. ff. h. t. l. si servus communis 42. ff. de damn. infect. l. ea que civilem ff. de acquir. rer. domin. Causa est jus potestatis, qui patris vel domini voce loqui videntur, & ideo pater fingitur sibi ipsi stipulatus. §. ei verò qui Inst. de inutil. stipulat. §. post mortem. 12. Inst. de inutil. stipulat. Carol. Molin. ad l. 1. ff. h. t. n. 40.

2. Quia ipse nihil proprium habet, neque in ejus persona aliquod jus consistere potest, ideo in continenti transit in damnum, cui stipulatur, quamvis sit ignorans seu invitus, *l. servus volente domino. ff. h. t. §. item nobis. Inst. per quas pers. nob. acquir.*

XXXVII.

Tàm ea, quæ juris & dationem continent, (a) quàm quæ facti sunt, ut ire, agere, licere; Etiam si id, quod in stipulationem deductum est, in persona filii non subsistat. (b)

(a) *pr. Inst. per quas person. nob. acquir.* sive patris personam expresserit, sive non: Quicquid enim acquirunt, acquirunt non sibi, sed patri vel domino, cum nihil proprium habere possunt. *l. qui in aliena potestate. ff. de acquir. hered. l. quacumq; §. fin. h. t.* Quod tamen in filiofam. circa peculium Castrense vel q. & adventitium ratione proprietatis, & id quod dotis nomine sibi, non patri stipulatur, paulò aliter dispositum est, Anton. Gabr. *d. concl. 1. n. 39.*

(b) *l. quod dicitur. 130. ibi: contra autem. ff. h. tit. l. 9. & l. 17. de stipul. servor. l. si unus. 19. ff. de servit. rustic. prædior. l. 10. ff. de operis libert. ubi servus à liberto stipulatur operas patrono Giphon. ad l. 39. ff. h. t. nu. 5.* Modò patri vel domino, non sibi stipulentur, si verò mihi ita promittis licere, ire & c. patri nihil quæritur, sed ipsis stipulantibus, *§. sed cum factum. Inst. de stipulat. serv.* Hoc enim casu factum manet in persona filii vel servi. *l. 38. §. hi qui 6. ff. h. t. & l. 44. in pr. ff. de condit. & demonstr.* Jus autem obligationis & actionis patri vel domino quæritur, quâ ipsis experiri licitum est contra promissionem,

tionem, non ut ipse eat, sed patiatur servum vel filium ire, agere &c. Jason in *d. l. quod dicitur num. 10. & 13.* eleganter Duaren. *ibid.*

XXXVIII.

Id quod in causa profectitia indubitatum est, si verò ex causa adventitia stipulatur, eleganter quaeritur: An proprietatem sibi acquirat? Quod contra communem affirmamus.

Quia filius in adventitiis praesumitur patri tanquam legitimo administratori stipulari, arg. *l. 4. C. de bon. mat.* Ideoque proprietatem debet filio acquiri, perinde ac si sibi ipsi stipulatus fuisset, *l. eum oportet l. de bon. qua liber.* Raphael. Cuman. in *d. l. quocumq. in pr. n. 3. b. t.*

2. Descendens non praesumitur donandi animo ascendenti stipulari Bart. in *l. que dotis. n. 11. ff. solut. matr.* Cardin. Mant. de Tac. & *ambig. cond. lib. 14. tit. 20. n. 4.*

XXXIX.

Sicuti igitur filiusfam. patri, servus domino stipulari potest: Ita econtra pater filiisfam. dominus servis rectè stipulatur, (a) quamvis nondum sint nati liberi. (b)

(a) §. si qui jure, *Inst. de inutil. stipulat. l. dominus 39. & dict. l. quod dicitur 130. ff. b. t. l. 95. §. 5. ff. de solut.* Guido Papæ. *singul. 450.* Quo casu patri acquiritur illa stipulatione perinde ac si sibi ipsi stipulatus esset. *d. l. dominus 39.* Raph. Cuman. in *d. l. quod dicitur n. 10.* Nisi constet patrem voluisse non sibi, sed filio quaerere, tunc enim non patri, voluntate ejus repugnante, nec filio ipso invito quaeritur Angel. in *d. l. quod dicitur nu. 2.*

(b) Text. express. in *l. si quis operas ff. de oper. libert. 2.* Posthumus pro jam nato habetur, cum de ejus commodo agitur, *l. qui in utero. ff. de stat. hom.* Jason *d. l. quod dicitur n. 35.*

D 3

XL. Quod

Quod tamen cum mica salis, de iis videl. quæ juris sunt, communiter accipiunt. (a) Ceterum si factum conferatur in personam filii, vel servi stipulationem, tam quoad patrem, quam filium prorsus inutilem esse asserunt, (b) quod nobis displicet. (c)

(a) Non aliter ac superiori casu, si filiusfam. patri, cui omnia ab ipso acquiruntur, stipulatus esset *d. l. quod dicitur.* & per supr. tradita in *th. 35.*

(b) Per text. in *d. l. quod dicitur, ibi:* alioquin si factum conferatur in personam filii, inutilis est stipulatio, Jason *ibid. nu. 10. & seq.*

(c) 1. Ob regulam generalem, quod pater filiis stipulari possit, & ex illâ stipulatione sibi acquirat. 2. arg. *d. l. quod dicitur.* ubi stipulatio tantum inutilis dicitur secundum quid, ne videl. patri ex illâ quærat, perinde ac si sibi ipsi stipulatus esset: Rationis ratio, quia factum respicit filii personam, nec transit in ipsum patrem, ut ea quæ juris sunt, & in filii vel servi persona subsistere nequeunt. 3. Facta in naturali actu hominum singulorum consistunt, nec ab alia persona in aliam transeunt, *l. si statulibera. §. fin. ff. de statu liber.* Inutilis igitur est stipulatio in *dict. l. quod dicitur,* ad hoc ut factum ad patrem non transeat, *hoc est,* ut possit agere ex illa stipulatione sibi licere, ire, agere, &c. *ibi:* quasi ille sibi stipulatur &c. qui verus hujus legis intellectus est. Utiles autem est & subsistit, respectu filii qui explicare debet factum, & ad hoc, ut pater possit agere contra promissorem licere filio ire, agere &c. & sic obligatio & actio patri nascitur, *§. cum factum. Inst. de stipulat. servor. l. 38. ff. b. t.* Raphael. Cuman. Paul. de Castr. Duaren. & alii, *d. l. quod dicitur.* elegantissimè.

Hinc dubio Marte Dd. pugnant: An istis casibus directa, an verò utilis actio patri quærat? Nos directam patri competere autumamus.

gl. in §. alteri. in verb. supra dictum Inst. de inutil. stipulat. 2. per text. in d. l. quod dicitur. ubi pater actionem habet, ac si sibi stipuletur, si igitur sibi stipulatur, absque dubio directam habebit actionem. 3. Jure ffortorum filiusfam. nihil proprium habet, adeoque nec directam actionem ex suis actibus Bart. in l. cum filio. ff. de legat. 1. Anton. Gabr. concl. 7. n. 33. Dissent. Angel. & Jacob. de Aretin. in d. l. quod dicitur, qui filio directam, patri verò utilem actionem concedunt, quos refutat Paul. de Castr. ibid. Cuno de pact. cap. 15. num. 3.

Circa feuda quæritur etiam: Num per stipulationem illud alteri acquiritur? Distinguunt plerumq; inter fratres & agnatos; illos sibi invicem, Hos verò stipulari non posse existimantes, quod nos simpliciter negamus.

(a) Odofred. in summa tit. qui possunt succedere in feud. Caccialup. in c. 1. de feud. cognit. diff. 30. Alvarott. in c. 1. in fi. in pr. de fratrib. de Nov. benefic. invest.

(b) In nullo enim textu feudali contrarium dispositum reperitur: Jure igitur comuni standum, quando casus emerferit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus c. un. de feud. cogn. Ut enim à jure comuni in aliquo casu recedi possit in feudis, requiritur in iis expressè contrarium esse decisum; Nec sufficit correctio, quæ ex mente legis evincitur. Nec obstant à præallegatis Dd. adducta, cum ibi fratres fuerint præsentis, nec alter alteri absenti stipulatus sit, adeoque succedant ex investiturâ simultanea, Jason dict. l. 38. §. alteri. num. 3. Coed.

Goed. de contrab. stipulat. c. 10. n. 17. & seqq. neque tamen in-
dubium vocari potest, quin pater possit feudum pro se & de-
scendentibus suis masculis atque foeminis stipulari c. 1. §. ult.
in quib. caus. feud. amitt. Paris. qui alios consonanter refert
lib. 1. consil. 23. n. 139.

XLIII.

*Controvertitur & hoc loco, utrum hodie No-
tarii, ut olim servi publici, alteri stipulari pos-
sint? & attentâ juris civilis subtilitate in conventio-
nalibus negandum videtur.*

1. Eorum persona non est publica in contrahendo, sed
in scribendo *Novell. 44. c. 1.*

2. Falsum, quod idem esset contrahens, qui fungatur
officio tabellionis.

3. Nec olim indistinctè alteri stipulari poterant, sed tan-
tum in iudicio parti absenti & impuberibus, a quoque præ-
toris stipulationibus *l. 5. de prætor. stipulat. §. cum autem. Inst.*
& *l. non aliter, cum l. seq. ff. de adop. l. 1. §. exigere. ff. de magistr.*
convent. Singularem illorum favore, adeoque exceptio est, quæ
firmat regulam in casibus non exceptis. *l. jus singulare. ff. de ll.*
Quamvis per consuetudinem generalem & practicam totius
mundi contrarium sit approbatum, Marc. Anton. Peregrin.
de Fideicommiss. art. 51. n. 13. Anton. Gabr. *d. concl. de V. O.*
nu. 17. ibi alleg. Ita tamen, ut Notarius verba promissiva in
suam personam concipiat, quod supra de procuratore di-
versum esse diximus.

XLIV.

*Sapè evenit, ut stipulator aliam sibi personam
in stipulatione adjungat, ubi stipulationem subsistere
omnes concedunt. (a) Sed utrum stipulator to-
tum, an verò partem petere possit, non undi-
quaq; expeditum est? Nos distinguimus, aut
enim*

enim in conjunctivâ stipulatione adjectus est extraneus, & tantum partem suam petere potest. (b) Nisi res in stipulationem deducta sit individua. (c)

(a) V. G. promittis mihi & Mævio centum, adeoque si verbis conjunctivis usus sit stipulator, tunc stipulatio in totum subsistit, cum sit individua, nec possit pro parte valere, pro parte verò non.

(b) text. in §. si quis ibi: quod si quis, *Inst. de inutil. stipul. l. si mihi. 110. ff. de V. O.* In stipulationem enim non venit, nisi quod verbis expressum est *l. quicquid astringenda. 99. ff. b. t.* Jam autem sibi tantum dimidiam partem stipulatus est, quod innuit copula, ET, quæ dividit extrema pariter *l. reos. 11. §. cum tabulis. 1. ff. de duob. reis*, plus igitur petere non potest, & pars altera deducitur, ne id quod extraneo inutiliter stipulatus est, augeat suam partem, Cujac. ad *l. proprium. 5. ff. comm. prædior.*

(c) Et pro parte præstari non possit, sed cuilibet in solidum quærat, de quarum natura videbimus infra.

XLV.

Aut disjunctivâ, & totum habet (a) alteri tamen, qui adjectus est promissor, etiam invito stipulatore solvere (b) potest.

(a) Puta mihi aut Titio dabis *d. §. si quis alii Inst. de inutil. stipulat.* Tota enim obligatio statim capit ex persona stipulantis, extraneusque tantum solutionis gratiâ adjectus est. Franc. Aretin. ad *l. si mihi ff. b. t. n. 1.*

(b) *d. §. si quis alii, ibi solvi Scio etiam invito eo. l. sed et si. 7. §. 1. ff. de constitut. pecun. l. cum qui 56. §. qui sibi aut filio 2. l. fin. §. 5. ff. b. t. l. 95. §. quasitum. 5 ff. de solut.* Solutio enim est facti, & alteri quæri potest *l. 23. ff. de solut.* Jason in *d. §. eum qui §. qui sibi. ff. b. tit. n. 1. & seqq.*

XLVI.

Hic lubet immiscere illam questionem, num
E hisce

hifce in casibus, ubi alteri stipulatio facta est, naturalis tantum obligatio contrahatur ad hoc, ut per errorem juris solventi non detur indebiti condictio? *quod affirmamus.*

1. Stipulatio enim ista habet consensum stipulatoris & promissoris in idem. Ergo est pactum *l. 1. §. 1. de pact.* adeoque naturalis obligatio nascitur *l. in suis. §. Imperator. ff. de solut. l. cum amplius. §. 15. natura. ff. de R. J.*

2. A jure naturali hoc tantum inspicitur, quod fides sit servanda, & grave fidem fallere *l. 1. de const. pecun. l. nam minorem. C. de transact.* Puta tamen, si verba obligativa in stipulatorem sint directa, aliàs secus. Quando autem inutilis stipulatio utile habet pactum, *supr. th. monstratum est, quò me remitto.*

XLVII.

Et hæc omnia procedunt, si quis simpliciter alteri stipulatus sit, sin verò pœnam adjecerit stipulator, stipulationem contrahi extra controversiam est.

V. G. Promittis Mævio dare vel facere, & nisi dederis vel feceris, dabis mihi centum? promitto vel dabo. 1. Pœna enim adjecta non extraneo sed stipulanti debetur, ejusque interest, ut stipulatio committatur, quam valere *supr. posit. 31. traditum est.* 2. Text. in §. *alteri. §. vices. 20. Inst. de inut. stipulat. l. 38. §. stipulatio ista. ff. b. t.* Nec dimovent nos. 1. quod principalis stipulatio sit inutilis, cujus venditionem debeat pœnæ stipulatio tanquam accessio sequi, *arg. l. si eum. §. fidejuss. Inst. de fidejuss.* Pœnalis enim stipulatio accessio ejus non est cui subjicitur, cum possit jam à principio sibi stipulari aliquid, si Titio non dederit, & tot sunt stipulationes, quot sunt res. *l. scire debemus. ff. b. t. 2.* Nec eâ tantum ratione stipulatio inutilis est, cum factum alienum deducitur in stipulationem, quod alienum factum præstari non possit, sed

fit, sed idè, quia inter stipulantem & contrahentem negotium non contrahitur, ut contrahi debet, Raphael. Cuman. in d. l. stipulat. ista in pr. n. 2. Quod nihil intersit stipulantis alteri dari vel fieri, licet pœna subjecta sit; Quamvis maximè concedamus, quod ejus peculiariter & verè non intersit, potest tamen interesse ex affectione: cum hominem beneficio affici intersit hominis l. servus. ff. de serv. exportand. Et hanc opinionem de jure Canon. & quod magis est etiam in foro conscientiae servari attestatur Paris. consil. 34. n. 31. & seqq. lib. 1. Decian. consil. 79. n. 3. lib. 3.

XLVIII.

Huc pertinet illa questio: Num pœna in stipulatione adjecta duplum ejus, quod in stipulationem deductum est, excedere possit nec ne? quod agenda videtur.

Liberum enim est contrahentibus ab initio quidvis in stipulationem deducere, adeò ut certa obligatio constitutur, l. ubi autem 75. §. ergò 1. & §. quid illud 8. de V. O. Sin verò estimatio dupli ex postfacto officio judicis elicienda, tunc in eunda ejus, quod interest estimatione judex respectum habere debet, ne dupli quantitas excedatur l. un. C. de eo, quod interest. Donell. in l. stipulatio ista 38. §. 17. n. ult. de V. O.

XLIX.

Item: An pœnalis stipulatio subjecta priorrem obligationem movet? quod inficiasimus.

Arg. l. 28. ff. de act. empt. ubi actio ex vendito locum habet, antequam ex stipulatu ad pœnam agatur. 2. arg. l. 42. ff. pro soc. datur actio pro socio priusquam per ex stipulatu iudicium pœnam consecutus sit. 3. L. apud Celsum. 4. §. labeo. 7. ff. de doli Except. Ubi hominem vindicabo, licet pœna fuerit subjecta. 4. text. expr. in l. qui Romæ. 122. §. Flavius ff. de verbor. obligat. in quo ob servum manumittendi gratia, dona-

donatum agere & de libertate & de pœna licet. §. Ratio est, quod quævis stipulatio à fine suo æstimetur. Pœnalis autem stipulatio subdita non est hoc fine, ut præcedentem tollat, sed ut firmiorem reddat illam, magisque caveat stipulatori. Dissent. Gothofred. in l. obligationum ferè 44. §. fin. ff. de O. & A. Hottoman. in quest. illustr. 10. cujus rationibus in discursu satisfaciemus.

L.

Quemadmodum autem regulariter nemo alteri stipulari potest, ita viceversâ nemo alium daturum vel facturum promittere potest.

§. viceversâ. Inst. de inutil. stipulat. qui alium facturum promisit, in ea causa videtur esse ait, ut non teneatur.

2. Contrahitur negotium inter promittentem & stipulantem, adeoque de se quemque promittere oportet, l. 83. ff. de V. O.

3. Text. expres. in l. 5. §. stipulatio. & l. 38. §. 1. ff. b. tit. ibi: nemo alienum factum promittendo obligatur.

4. Contractus ita fieri debent ac solent, ut statutum & originem capiant ex personis contrahentium l. quæcumq; 11. ff. de O. & A.

LI.

Idque verum est, si simpliciter extraneus factum promittat; Ceterum si heredem daturum vel facturum promittat, seu prorsus de extraneo factæ promissioni pœnam subjiciat, promissorem teneri manifestum est.

V. G. Promittis ut heres tuus mihi det vel faciat? Promitto: itaque etiam tacitè contingit, puta promittis dare vel facere, quo in casu heredes tenentur, etiamsi nullam eorum mentionem fecerint contrahentes. Ratio 1. quia heredes eod. jure cum defuncto uti debent l. qui in jus. ff. de R. J. l. 9. §. 1.

§. 1. ff. de edend. cum hoc in casu non alienum factum, sed suum aut eorum, qui una persona cum eo existimentur, promittat. l. stipulatio ista 38. §. sed si quis & d. l. inter stipulantem 83. ff. h. t. ubi in verbis idemq; in illis, neque per te neq; per heredem tuum fieri, quò minus fiat l. continuus 137. §. fin. eod. tit. l. veteris & l. fin. C. de contrab. stipulat.

2. Factum hæredis intelligitur factum defuncti. Dec. conf. 281. nu. 5. Johan. Baptist. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 1. n. 29.

L II.

Seu à proprio promissoris factum alienum dependeat, puta se curaturum vel effecturum, ut alius det vel faciat si promittat, tunc enim stipulationem quoad promissorem subsistere susque deq; habemus.

Factum enim proprium sic deducitur in stipulationem, licet sit ordinatum ad executionem facti alieni, § si quis alium Inst. de inutil. stipul. ubi is, qui promittit se effecturum, ut alius det, obligatur l. stipulatio ista, in pr. & l. inter stipulantem 83. ff. de V. O.

L III.

Utrum autem hoc in casu promissor liberetur industria & cura circa factum expediendum adhibitam? an verò effectu non subsequuto stipulatio committatur, ancipitis juris? Nos curam & diligentiam adhibitam promissorem non relevare, sed præcisè vel facti præstationem requiri, vel ad interesse obligatum esse ex veritate juris (a) monstrabimus, non ignari in iudiciis usu contrarium (b) observari.

Ratio 1. l. 5. qui aliquid effecturum vel curaturum se promittit, cum effectu promittere censetur, arg. l. 1. §. hac autem. ff. quod quisq; juris in alter. & l. 5. §. 2. Ne quis eum, qui in

jus voc. Curare enim effectum significat, ut curare pecuniam vel nummos, i. e. præstare & annumerare apud Cicer. 2. text. express. in *l. fin. §. fin. ff. de reb. cred.* ubi is, qui curaturum se dixerit, ita demùm liberatur, si idoneam rem præstet, qui pecuniam numerare potest, adeoq; cura non relevat promissorem, sed præstatio rei. 3. *l. qui autem. 14. §. 2. ff. de const. pecun.* Ubi obligatio interesse committitur, licet promissor fecerit quicquid potuerit, ut impleret promissionem. 4. *l. sancimus 26. C. de fidejussor.* Ubi is, qui promisit alium sistere, si non sistat, ad pœnam obligatur, quamvis per eum nõ steterit, quominus sistetur, omnemq; diligentiam adhibuerit. 5. text. clarior in *l. quoties quis 81. ff. h. tit.* ubi ad interesse tenetur promissor. 6. Ad excludendum fraudis commentum, cum promissor facilè colludere possit cum eo quam promisit facturum, ita ut elusoria reddatur stipulatio. Fraudibus autem non debet via aperiri, *l. in fundo. ff. de R. V.* Alias præter has rationes adducit Aretin. in *l. si ita stipulatus. §. possum. de V. O.* qui hanc opinionem non magis æquam esse dicit, eandemq; in terminis defendit. Nec dimovet, quod moram comittere non dicatur, qui in culpa non est juxta regulam, pro facto habetur, quando per me non constat quo min⁹ fiat, cum non propter moram, sed propter eventum conditionis, si illud factum non fuerit, stipulatio committatur.

(b) Licet juramento promissum Surdus Dec. 234. nu. 14. Grammat. dec. 32. n. 2. Pancirol. consil. 45. Joh. Bapt. Cost. de Facti Scient. & ignorant. inspe. 21. eleganter.

L IV.

In stipulationem quid veniat, nunc dispiciendum, illud autem est vel res vel factum. (a) Unde divisio nata, omnem stipulationem esse vel dandi vel (b) faciendi.

(a) *§. non solum. Inst. & 2. in pr. ff. h. t. l. 3. ff. de O. & A.* Mixtas non agnoscimus, cum sub simplicibus contineantur Baro ad d. l. 2. & Donell. n. 7. Nec probatur contraria assertio in *l. veteris. C. de contrah. stipul.* Cum ibid. novum genus consti-

constituatur, quod videlicet nec sit in faciendo vel dando, sed quiddam tertium ex his duobus conflatum & permixtum. Verum ideò, quia unâ conceptione deducuntur in stipulationem simul RES & FACTUM, id est, ut detur, vel fiat ali- quid *l. scire 29. ff. h. r.* Eo solo inspecto, quod principaliter in- tenditur, non quod in consequentiam venit.

(b) Quæ divisio à subjecto stipulationis commodè defu- mitur Borch. *ad h. r. c. 2. n. 1.* Et licet verbum *Facere* dationis quoq; causam complectetur *l. verbum facere 218. ff. de V. S. l. in facto 60. ff. de cond. & demonstr.* Hoc loco tamen strictius ac- cipitur, quatenus opponitur dationi *l. 2. ff. h. r.* Carol. Molin. *de div. & indiv. in pr. n. 7.*

LV.

Quod si contingat, ut plures res vel facta, vel res & factum simul in verborum conceptione exprimantur, non una, sed plures stipulationes, quot videlicet res vel facta in ea sunt contrahuntur.

*l. 1. §. sed si mihi. l. scire debemus. l. 75. §. fin. l. 134. §. fin. l. 140. ff. h. r. l. 32. ff. de eviction. Ratio in §. quotiens. Instit. de inutil. stipulat. Cum singulas res stipulari, & ad singulas re- spondere debeamus. Res autem, quarum est quædam uni- versitas, conjunctas non singulas intelligimus, uti est familia, grex, acervus pecuniæ *d. l. scire debemus. h. r.**

LVI.

Res accipimus omnes, tam mobiles quam immo- biles, corporales & incorporales, modò sint in com- mercio hominum, (a) & usibus dominioq; nostro statim (b) subjici possunt.

(a) *Pr. Instit. de inutil. stipulat. l. 1. §. si id quod ff. de O. & A. l. inter stipulantem §3. §. sacram ff. de verbor. obligat.*

l. si in

l. si in emptione 34. §. omnium. ff. de contrab. Empt. Ratio desumitur à fine, cum omnes contractus ideò ineantur, ut aliquid lucremur, Giphani. *ad d. pr. Inst. b. t.*

(b) Stipulationes enim non secundum futuri, sed presentis temporis jus aestimari debent. *l. usufructus 26. ff. de stipulat. serv. 2.* In stipulationibus id tempus spectamus, quo contrahimus *l. que legata. 18. §. 1. & l. 144. §. 1. ff. de R. J.*

LVII.

Unde res sacra (a) publica (b) litigiosa (c) propria (d) fundus, liber homo (e) hostium, (f) & quae in rerum natura sunt, (g) aut esse non possunt (h) inutiliter in stipulationem deducuntur.

(a) In commercio hominum enim non sunt. *§. 1. Inst. de inutil. stipulat. l. inter stipulantem. §. sacram de V. O.*

(b) Uibus enim populi perpetuò exposita sit *d. §. 1.*

(c) Alienari non possunt *t. t. ff. & C. de litigios. cum omnis contractus alienandi causà fiat l. fin. C. de litigios.* Deinde publicè utile est, ut judicia exitum sortiantur, quod fit, si in eod. statu res permanent. *3. l. fin. ibi, seu ad alios contractus. C. de litigios.*

(d) Non quidem eà ratione, quòd res sua non sit in commercio, sed quia non potest sibi amplius acquiri *d. l. inter stipulantem. §. sacram. de V. O. juncto §. si itaq; Inst. de act. & l. an eadem. §. actiones ff. de except. rei judic. & c. inter dilectos de fid. instrum.* Nec potest habere dominium ex pluribus causis *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. vel amittend. poss. l. non ex pluribus. 159. ff. de R. J.* Si a verò rem suam sibi restitui stipuletur, nihil prohibet quòd minus stipulatio valeat. *l. nemo § 2. b. t. vel sub conditione, si tempore, quo extiterit conditio ejus non sit l. si rem & l. existimo. ff. de V. O.*

(e) A nobis enim nec haberi nec possideri potest *d. l. liber hom. 103. l. ab omnibus 104. §. etiam ff. de legat. 1.*

(f) Sive vivus sive mortuus sit *l. liber homo b. t.* Ibidemque Bartol. dicit aestimationem non deberi, sed servi mortui aestimatio rectè deducitur in stipulationem *l. nam moriturum*

rum

rum cum gl. ibidemq; Bald. in sum. de contrab. stipulat. gl. in d. l. liber homo in verbo præstari & c.

(g) Veluti Hippocentaurus domus derista & c. l. 1. §. si id quod 9. ff. de O. & A. Non entis n. nullæ sunt qualitates. 2. Obligationum substantia in eo consistit, ut alium nobis astringat ad aliquid dandum vel faciendum l. 3. ff. de O. & A. quod igitur non est, dari nequit.

(b) ut sphinx d. §. 1. Inst. de inutil. stipulat.

LVIII.

Res tamen futuras, puta fructus pendentes, partus ancilla & c. in stipulationem deduci posse haud inficias imus.

Valet enim ejusmodi stipulatio propter spem, & ex natura ipsius rei habet conditionem, si scilicet nascatur vel producat eam, l. interdum 73. & l. inter stipulantem 83. §. sacram. ff. b. t. Nec refert purè vel sub conditione tales res promittantur, cum tunc demum incipiat, si res per rerum naturam præstari possit. Francisc. Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 14. tit. 38. num. 11.

LIX.

Est item inutilis stipulatio, si maritus fundum dotalem promittat, cum alienatio ejusd. L. Julia prohibeatur.

Pr. Inst. quib. alien. lic. vel non t. t. de fund. dotal. l. 1. §. & cum Lex 15. C. de rei uxor. action. Publicè enim interest, ut mulieres dotes suas habeant salvas. l. 2. ff. de jur. dot. l. 1. & 2. ff. solut. matrim. Baro d. pr. & Barnab. Briffon. lib. sing. ad L. Jul. de adulter. in fin.

LX.

Hereditatem seu successionem futuram uti non pactis, (a) ita nec stipulationibus dare vel adimi posse, juris indubitati est.

F

(a) l. pa-

(a) *l. pactum quo 15. & l. fin. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. super. dot. l. Epistola 52. ff. de pact. l. ult. in fin. C. fam. ercise.* Ratio est, quia tale pactum est tristissimi eventus *c. ne captanda de prabend. in 6 l. fin. C. de pact. 2.* Auffert testandi facultatem quod intelligitur esse contra bonos mores, *l. stipulatio hō modo. b. t. 3.* Certi sunt modi à lege inducti, quibus datur jus succedendi in universum jus: nam aut jure sanguinis aut jure testamenti succeditur *l. 1 ff. de petit. hered. l. lege obvenire de V. S. & l. lege 12. tab. C. de succ. & legitim.* ideoq; pacto hæreditas dari non potest.

(b) De quâ enim re pacisci non licet, de ea nec stipulationem contrahere *l. 7. §. si paciscar. ff. de pact. l. stipulatio 61. de V. O. l. ex eo. 4. ff. de inutil. stip. Gœd. de contrab. stip. ob n. 60.*

LXI.

Vel si is, qui rem sibi stipulatur, commercium ejus non habeat, quamvis sit in commercio promittentis, cæterum si stipulator ejus commercium habet, obligationem contrahi, licet promissor careat, manifestum est.

V. g. si Christianus hominem promittat Judæo seu hæretico, stipulatio nulla est, sin eidem ab hæretico promittatur, valet, quamvis in commercio, *t. t. Ne Christ. mancip. hered. vel jud. promittentis non sit, text. planus in l. cæterum 34. ff. b. t. ibidemq; Gifan. n. 3.* Ratio differentia est, quia illo casu præstari vel dari nequit, hoc verò potest, nec difficultas præstationis promissorem liberat *l. 39. §. constat 7. de leg. 1. Gœd. de cont. stip. c. 6. n. 112.*

LXII.

Idq; simpliciter verum, sive ab initio sive postea res talis existat, (a) adeò nec etiam ex postfacto, (b) puta, si stipulator capax, res publica privata, vel sacra profana fiat, convalescat stipulatio.

(a) Modò sine factō promissoris in aliquam eorum causam devenerit *text. in §. 3. ibi item contra Inst. de inutil. stipul. 2.* Quoniam una eademq; causa & liberandi & obligandi esset,

set, quod aut dari non possit, aut dari possit, *l. si 3. §. rem sacram ff. b. t. 3.* Res, quando recidit in eum casum, à quo non potest consistere, vitiatur *l. existimo 98. b. t.* non obstant *l. 140. §. etsi ff. b. t. vel l. 85. §. 1. ff. de R. J.* cum exceptio firmet regulam in contrarium.

(b) *d. §. item juris & d. l. 83. §. sacram l. continuus 137. §. cum quis b. t.* cum in stipulationibus id tempus spectetur, quo contrahimus *l. non omne 144. §. 1. de R. J.* Nec secundum futuri sed presentis temporis jus aestimari debeat *d. l. continuus §. cum quis b. t. & hæc de rebus.*

LXIII.

Facta quod attinet, sciendum; Omnia in stipulationem posse deduci, (a) modò sint possibile, (b) etiam quæ in non faciendo (c) consistunt.

(a) *§. non solum Inst. b. t. l. 2. l. 5. §. fin. l. stipulatio ista l. si insulam 84. l. stipulationes non dividuntur 72. ff. de V. O. Gœd. de contr. stipul. c. 6. n. 164.* Intelligitur a. factum, non quod factum est, sed quod est faciendum, ut explicat Bald. in *l. iusjurandum ff. de iurejur.*

(b) Impossibilium enim nulla est obligatio *l. impossibilium ff. b. t. l. nemo potest de R. l. in 6. q. accipimus non modò, si secundum naturam fieri non possint, sed etiam, si legibus vel bonis moribus sint interdicta, quæ n. legibus fieri prohibentur, quæque contra bonos mores sunt, fieri non posse credendum est *l. filius 14. ff. de cond. l. l. si stipulator ff. de V. O.* Unde turpes stipulationes nullius sunt momenti *l. generaliter l. si flagitii 123. ff. b. t. l. 7. §. si ob maleficium ff. de pact.**

(c) Veluti per te non fieri, quò minus ego aliquid faciam. *§. si ux. l. de nupt. ibi jure facturos nos, qui ab huiusmodi nuptiis se abstinerint. §. non solum l. de V. O. ibi, sed etiam facta, ut si stipulator aliquid fieri vel non fieri *l. in facto. ff. de cond. & dem.* Qui n. non facit, q. facere debet, videtur facere adversus ea, quia nō facit *l. 121. de R. J. l. facere 188. ff. de V. S. Gozad. in cons. 60. n. 14. & idè quamvis Aret. in l. imposs. in pr. de V. O. dixerit; Facti appellatione improprie non factum intelligi, tamen si factum, ut genus accipitur, suas species proprie complectitur. *l. 5. ff. si cert. pet. & l. 1. ff. de adopt. l. 3. ff. de iurisd.***

LXIV.

Cum autem ad hoc inventæ sint stipulationes, ut quilibet de se non de alio promittat, sequitur facta propria (a) non aliena (b) in stipulationem deduci posse, & si stipulantis, fieri id quod promissum est, intersit. (c)

(a) §. si quis alium. Inst. de inutil. stipulat. l. inter stipulantem 83. ff. b. tit. quæcunque enim gerimus ex persona nostra initium capiant l. quæcungq. ff. de A. & O. Goed. hic. c. 6. num. 183. & seqq.

(b) Nisi pœna subjecta sit, vel à proprio dependeant factio uti supr. th. 4. 6. & seqq. ostensum.

(c) l. qui insulam 95. ff. b. t. ut th. 32. dictum est.

LXV.

Unde eleganter hoc loco quaeritur: Si quis stipuletur ædificium extrahi in suo fundo, an fundo alienato stipulatio extinguatur? quod affirmamus, (a) nisi mora (b) commissa, vel pœna (c) subjecta sit.

(a) Ratio, quia devenit ad eum casum, à quo non potuit incipere l. existimo. 98. & l. si sub una 136. ff. b. t. item per l. non solum. §. morte. ff. de oper. nov. nunciat. ubi morte ejus, qui nunciavit, extinguitur novi operis nunciatio, sicut alienatio, quia scil. definit ejus interesse, & ibi ad hoc propositum Angel. n. 2. adducit ipsum textum, dicens esse casum, & sequitur Rom. in l. stipulationes non dividuntur in pr. b. t. n. 31.

(b) Tunc enim stipulanti nihil potest imputari, si rem suam alienavit l. in re mandata. C. mandat. 2. Nisi lucrum sentiat promissor ex sua mora. Bart. in d. l. si insulam num. 2. ff. de verb. oblig.

(c) Cum enim pœna adjicitur stipulationi; non inspicitur, an ejus intersit, sed quæ summa sit expressa in conditione sti-

ne stipulationis. §. alteri. *Inst. de inutil. stipulat. l. stipulatio ista.*
§. alteri, ibi committetur stipulatio etiam ei, cuius nihil interest. ff.
b. t. Cardin. Mantic. de tac. convent. lib. 16. tit. 31. n. 13.

LXVI.

Ex subiecto hinc resultat distinctio, quod quædam stipulationes sint, certæ (a) quædam incertæ. (b)

(a) pr. *Inst. de V. O. text. express. in l. stipulationum 74.*
ff. b. t. l. sciens debuisti. 6. C. de contrab. & comm. stipulat. quæ ex ipsa pronuntiatione & sermone quid, quale, & quantum sit intelligitur d. l. 74. §. 1. quod quib. mod. fiat. *Coed. hic. c. 6. nu. 22.* Wesemb. in parat. hic. nu. 8.

(b) Ubi non apparet, quod, quale, quantumq; est in stipulatione l. 75. in pr. & §. 1. ff. b. t.

LXVII.

Quia autem res seu facta in stipulationem deducta ejus naturæ & conditionis sunt, ut quædam partium præstationem recipiant, quædam non; divisio enata est: ut omnis stipulatio (a) sit vel dividua, quæ scilicet partis præstationem recipit, (b) vel individua, quæ partis præstationem (c) non recipit.

De dividuis
& indivi-
duis.

(a) Sive in dando, sive in faciendo consistant, l. 2. §. 7. harum omnium quædam præstationem recipiunt l. 3. & 4. de V. O. Carol. Molin. ad d. §. 1. nu. 3. Grangian. de divid. & individ. stipulat. c. ult.

(b) Unde tantum ratione materiæ in eam deductæ dividuæ dicuntur, si partes utilitatem continent. Dividere enim hinc nihil aliud est, quam partem præstare, sive per partes solvere posse, l. in executione 85. ff. b. t.

(c) Quæ naturâ rerum ita cogente divisionem non recipit; nec si facias partes, ullam utilitatem præstant, sed par-



tis præstatio vel impossibilis est, vel facta corrumpit stipulationem *l. stipulationes dividuntur 72. ff. b. t.*

LXVIII.

Dividua non sunt unius ejusdemque nature, quædam enim & omni respectu (a) dividua sunt, quædam naturâ tantum, non verò solutione (b) seu liberationis effectu.

(a) Contractâ obligatione & solutione, id est, quæ ab initio pro parte in obligationem deduci & pro parte solvi possunt *l. 2. §. 1. ff. b. t. l. cum Stichus 29. ff. de solut. l. pars 9. & l. seq. ff. de accept.*

(b) Utpote, quæ ab initio quid. pro parte in stipulationem deduci possunt, semel autem in illam deductæ pro parte solvi nequeunt, nisi integræ, ad hoc ut liberatio contingat *Dafsel. de divid. & individ. n. 32. Gœd. d. c. 6. n. 293.*

LXIX.

Ille dividuntur vel numero (a) vel partibus. Numero primi summa (b) & quantitates.

(a) Cum singulis rebus integris & indivisis manentibus tantum summa & numerus rerum stipulatione comprehensarum dividitur in alios numeros, text. in *l. stipulationibus 54. b. t. l. cum Stichus 29. de solut. ibid. Donell. n. 6.*

Particularis solutio an admit-tenda.

(b) Si enim decem debeam, possum creditori volenti quinque solvere, & liberatio in illis contingit, adeo ut tantum in reliquis obligatio remaneat *d. l. 2. §. 1. ibi veluti cum decem dari stipulemur l. stipulatus sum 9. ff. de solut.* Non v. invito, cum particularem solutionem regulariter admittere nemo teneatur, propter incommoda creditori inde resultantia *l. planè 3. ff. fam. ercis. 1. per l. 41. §. Lucius ff. de usur. ubi deponens minorem summam usuras tenetur præstare pecuniæ depositæ, nisi conventum sit, ut per partes solvere liceat. 2. l. ob signatione 9. C. de sol. Verum quemque obligatione & ob signatione pecuniæ debitæ liberari, sed adjicitur nominatim totius pecuniæ debitæ. 3. per l. 99. ff. de sol. ubi creditor debitum oblatum in aliâ forma, si aliquid damni inde sit passur^o non tenetur accipere, ibidemque pro*

pro debitorem legendum creditorem. 4. Et tandem ex eo, & jure singulari in quibusdam causis admittatur particularis solutio, ut in pensionibus publicis *l. pen. C. de fund patrim. l. cum heres S. item si ff. de statu liber.* Hottom. *illust. quest. 22.* Quos casus eruditè apposuit Dn. Theodorus Sitzmannus J. C. & Scabinus Lipsiæ clarissimus, disputat. sua Doctorali *thes. 9. & sequentib.*

(c) Ut nec fungibiles, puta frumenta vinum &c. *l. cum Stich. 29. in fin. ff. de solut.* ibi communes species nihil aliud quàm genus, diciturq; communis, quæ multas res sub se continens ad eas omnes pariter & communiter pertinet, Donell. *ibid. n. 23.* utpotè, quæ in genere functionem recipiunt *l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.* quantitatis enim nomine res fungibiles venire, patet ex *l. 3. §. ult. l. ideò ff. de eo quod cert. l. 1. C. de plus petit.* Molin. *d. tr. p. 2. n. 104.*

LXX.

Idem juris est & in stipulatione Generum, quæ etiam numero dividuntur.

l. in stipulationibus 54 ff. de V. O. Ratio est, quia genus est incertum, & perinde neq; bonitatis neq; affectionis ratio habetur. 2. Divisio ista comodior est & promissori & stipulatori, *l. cum Stichus ff. de sol.* Unde, si servo communi decem homines promissi sunt, uni dominorum potest promissor præstare quinq; ; stipulatio numero dividitur, & neutri injuria fit, seu tantum quilibet cõsequitur quantum ex stipulatione ipsi debetur. Cum n. electio sit promissoris minimi pretii homines debentur; Si igitur promissor tales præstet, habent stipulatores, quod ex stipulatione debebatur, sin det uni pretiosiores, non ideò inequalis est divisio, quia quod amplius est, ideò præstat promissor, quia vult, non quia obligatione cogebatur, Donell. in *d. l. in stipulationibus ff. b. r. n. 25.* Per genus intelligimus cum Jctis, quæ communi quâdam ratione complectuntur seu verbum ad res naturâ similes pertinens, etiam ea, quæ Philosophi speciem appellare solent, puta, Homo, Equus. Non verò illa superiora tantum, cum in Jurisprudentia nostra de iis nihil agatur.

LXXI. *Iis*

Iis annumerantur quoque operæ, à libertis post mortem patroni heredibus præstandis.

V. G. si patronus, cui debentur operæ octo dierum à libertis, decedat relictis duobus heredibus, operæ inter illos numero dividuntur, & cuilibet quatuor dies, non simul utriusque octenas præstare tenetur libertus, *text. in l. libertus 15. §. 1. ff. de oper. libert. & l. in stipulationibus. 54. §. operarum. l. si centum. 177. ff. de V. O.* Cujus doctrinæ usus in feudis ratione servitorum præstandorum magnus est. Nec nobis repugnant verba *d. l. 15.* Cum ibid. loquatur de operæ, quatenus est officium diurnum *l. 3. §. nec pars. ff. eod. tit.* Molin. *tract. de tract. p. 2. n. 356.*

Partibus verò dividuntur omnes res corporales & incorporales, quæ divisæ utilitatem quandam præstant, ut species, promissor enim certi hominis partem ejus solvendo pro parte solutâ liberationem consequitur, in reliqua obligatus remanet.

Non quidem in partes discretas, quia per hujusmodi divisionem interimitur, puta homo, itemq; dicendum, de cæteris animantibus, cum enim ita dividuntur propria eorum formula destruitur, quâ mutata substantia perimitur *l. Julianus. §. si quis. ff. ad exhibend. l. quid tamen. §. in navis. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* sed civiliter in partes indivisas seu pro indiviso, quæ intellectu percipiuntur, quamvis demonstrari non possint, *l. servus ff. de stipulat. serv. d. l. pars stipulationibus cum l. seq. & l. qui hominem. 17. ff. de accept. l. non solum. 7. ff. de libert. legat.* Idq; etiam procedit in pluribus creditoribus vel heredibus, inter eos n. obligatio in partes dissectatur, ut unus plus non possit petere, nisi suam partem vel hereditariam, neq; plus debeat. *d. l. in stipulationibus. 54 ff. b. t.*

*Incorporales, ut sunt dominium (a) ususfructus
(b) hereditas (c) obligatio. (d)*

(a) Possunt enim duo ejusd. rei domini esse pro partibus indivisis *l. sive certo 5. §. ult. ff. commod. modò res ipsa dividua sit. Molin. p. 3. n. 48. id quod in communiore rerum magis apparet l. etsi non omnes 8. l. communis 24. cum ll. seqq. ff. commod. divid.*

(b) text. expr. in *l. 1. §. si ususfr. ff. ad L. Falcid. 1. Pars namque ususfructus à promissore volenti stipulatori cedi & præstari potest, vel ut Paulus loquitur, frui quidem possumus pro parte, uti non l. usus 19. ff. de usu & habit. 2. Fructuum partem naturaliter capere possumus, partem non possumus, d. l. 1. §. si ususfr. Cujac. ad l. 72. ff. de V. O. 3. Locum habet in usufr. jus accrescendi t. t. ff. de usufr. accresc. quod aliàs locum non habet, nisi in rebus dividuis, & ubi partes fieri possunt l. idem Neratius 3. ff. de usufr. accresc. Est autem dividuus, quia non in nudo facto, sed utendo fruendo consistit, quod per factum pro indiviso possumus exequi, & secus est in reliquis servitutibus. Vir Consultissimus D. Adamus Herr supremæ curiæ Advocatus, & Senatorii ordinis Lipsiensis Adfessor dignissimus, in *disput. pro gradu discept. 9. lit. f.**

(c) *l. tres fratres 38. ff. de pact. l. 1. & t. t. ff. fami. exercisc. Non quidem pro parte divisâ, sic enim res in hereditate contentæ dividuntur, & quævis pars totum constituit, sed quatenus sumitur pro jure seu universitate sine corpore l. hereditas 50. ff. de pet. hered. & partibus indivisis. Alioquin non una, sed plures fierent hereditates contra l. Jurisperitos 3. §. 1. ff. de excus. tutor. Gæd. de contrab. stipulat. cap. 6. n. 302. & seqq.*

(d) Sive ex stipulatione, sive ex alio contractu, vel quasi descendat, quoties debitum pro parte præstari potest, *l. pen. §. de illo. ff. de cond. & demonstr. text. in l. pro hereditariis. C. de hered. act. Molin. d. tr. p. 2. n. 200.*

*Naturâ tantùm partium præstationem recipit ;
stipulatio unius generis.*

V. g. Hominem generaliter promittens, si solvat Stichum vel alterius hominis partem, in nulla stipulationis liberatio nascitur, sed in pendentem est donec aliam partem solvat & statim repeti potest condictione indebiti, si integrum alium praestet d. l. 2. §. 1. l. si non partem 26. §. si decem ff. de condict. indeb. text. expr. in pr. l. in stipulationibus 54. §. in l. in executione 85. §. 3. ff. de V. O. Ratio est, si enim partium solutio permitteretur, sequeretur, quod in diversis speciebus solutio fieri posset, quod repugnat intentioni & verbis contrahentium d. l. 85. §. pro parte. Altera vero parte soluta in ead. specie pars soluta antea cedit, & tunc non retrò in solutum l. 3. §. si decem ff. de statu liber. Idque verum est adeo, ne etiam ex persona heredum obligationis conditio immutetur l. heredum 59. ff. de R. J. text. Clarus in d. l. 2. §. 2. h. t. Nec repugnant d. l. 2. §. 3. §. seq. cum cessant illa incommoda de partibus diversorum hominum accipiendis in acceptilatione, ubi in genere remittitur, & absolute iudicis, Gifan. ad d. l. 2. h. t. nu. 74. §. seqq.

LXXV.

Utrum verò in generali obligatione omnes species sint in obligatione, aut tantum in solutione, nobilis & subtilis controversia hic movetur? Posterius placet.

Una species tantum licet incerta pure in obligatione est, quamvis singuli sint in solutione: quantum enim ad facultatem solutionis vel electionis duntaxat sub compendio sermonis generalis, omnes contineri dicuntur leg. *Mevius* 66. §. non idem 3. ff. de legat. 2. Idque indistincte sive electio debitoris sive creditoris sit, admittim⁹, cum juris ratio utroque militer eadem, & in hac aequa; atque in illa obligatio pure sit concepta de una incerta specie, quam elegerit creditor, quicquid etiam oportuletur *Molin. d. loc. l. 3. ff. qui & a quibus manum*: cum optio ibi non jus obligationis, sed solutionis tantum concernat.

LXXVI.

Quod tamen ad alternativam & disjunctam stipulationem quidam malè extendunt; quamvis enim naturâ etiam, non autem stipulationis jure divisionem recipiat, (a) utramq; tamen speciem in obligatione (b) esse, & alterutram ex voluntate promittentis, (c) usq; ad tempus solutionis præstari posse obtinuit.

(a) Cum ab initio quævis pars alternatæ speciei in stipulationem deduci possit, semel autem in eam deductæ integræ alternatim, partis solutionem non admittunt ad hoc, ut satisfiat stipulationi; mens enim contrahentium fuit, ut una ex alternativis integra præstetur, non duarum rerum partes duæ d. l. 2. §. 1. & l. 2. in executione 85. §. pro parte in fin. ff. de V. O. Dassel. de divid. & individ. n. 190.

(b) per text. expr. in l. si duo ff. b. t. l. 5. §. si Titius & l. Jul. 6. ff. qui & à quibus manum. l. qui decem 72. §. 4. ff. de solut.

(c) nisi electio sit creditoris l. si quis ita stipulatus 112. ff. de V. O. Molin. d. p. 2. n. 120.

Econtra nullo respectu partium præstationem admittunt, nec pro parte peti vel solvi possunt servitutes tam prædiales quàm personales (a) excepto usufructu. (b)

(a) l. 2. §. 1. & l. stipulationes 72. ff. de V. O. l. pro parte 11. ff. de servit. l. si is 8. §. 1. ff. ad l. Falcid. Rationem assignat Julianus in l. via 17. ff. de servit. quia eorum usus indivisus est, qui consistit in nudo facto, quod per partes pro indiviso non exequimur. Joan. Marc. Aquilin. ad d. l. 2. §. & bonum. n. 22. Parlad. Rer. cotid. lib. 1. c. 6. Quamvis non negamus commoditatem earum tempore & mensurâ dividi, seu modum certum iis adjici posse, l. arbor. 19. §. 4. ff. com. divid. d. l. 4. & l. 5. ff. de aq. cotid. & est. (b) vid. th. 70. lit. b.

LXXVIII.

Et hæc de rebus: facta itidem sunt dividua, quæ aliquid juris admixtum habent, & pro parte fieri possunt; ut dari vacuam possessionem (a) amplius non agi (b) rem ratam (c) haberi, &c.

(a) Hæc omnia enim per partes pro indiviso possunt expediri, nec in mero facto consistunt, sed ista post se aliquid juris relinquunt, & causam bonorum continent, *l. in conventionalib. 52. §. si quis ff. de V. O.* nempe possessionem, quæ non tantum facti, sed etiam juris est *l. possessio 4. 9. §. 1. ff. de acquir. poss.* quod observandum contra Cujac. qui causam aliter explicat, & J. C. Tos dissensisse ait in *l. 28. ff. de V. O.*

(b) Seu amplius non peti, qui enim tale promittit, juris sui persecutionem remittit, *l. amplius 15. ff. rem ratam haberi d. l. 4. §. Cato ff. b. t. l. si pater 12. §. si mulier. ff. de pact. dotal.*

(c) *d. l. 4. §. Cato, ibi, sed videamus.* Quamvis dominus ipse cavens contra faciat in solidum poena committatur *d. §. Cato ibi:* ipse dominus pro parte ratum habere non potest. Quod in hæredibus est contra, cum enim ratum habere sit factum dividuum *d. §. Cato l. cui fundus 16. ff. de cond. & demonstr. uno peccante non videntur alii quoque peccasse l. 18. ff. rem rat. hab.*

LXXIX.

Huc referimus doli stipulationem, quæ indistinctè, tam ex parte promissoris, quam stipulatoris dividua est.

d. l. 4. in pr. & §. Cato. ubi Paulus stipulationem istam stipulationi rem ratam haberi comparavit. 2. per text. in *l. inter 44. §. 5. ff. fam. ercisc.* ubi J. C. confert stipulationi per se hæredesq; suos non fieri, quò minus mihi ire, agere liceat? non simpliciter, sed modo quodam, si scilicet subjiciatur facto individuo, ut eo in casu à cohærede neuter repetere possit, tunc enim individuum esse illam stipulationem constat.

Et text. in l. ex clausula 17. ff. judic. solv. Idque offendunt verba, ibi: si reliqui propter factum unius teneri coeperint, unde inferitur, fieri posse, ut non teneantur in d. l. si duo 22. ff. de poss. l. ex clausula 17. ff. de edil. edict.

LXXX.

Individua, quæ nihil juris in se habent, sed prorsus nuda sunt, ut fossam fodere, Insulam fabricare, neque per te, neque per heredes tuos fieri, quò minus mihi ire agere liceat.

Quæ omnia corporibus expediuntur, nec expedita ullum post se vestigium relinquunt, quod in jure consistat l. 2. §. item si in factu l. 3. l. 4. §. Cato l. stipulationes 72. l. si insulam 84. §. l. seq. §. 7. ff. b. t. ita ne etiam pars ejus intelligi possit, l. 1. §. si ususfructus ff. ad L. Falcid. Nec aliquid actum esse credimus, dum aliquid agendum superest, l. cum 11. in fin. C. quibus ut indign.

LXXXI.

Hinc si promissor decedat pluribus relictis heredibus, uno contra hoc factum faciente, omnes tenentur, (a) quod ex parte stipulatoris, si unus ex heredibus prohibeatur, secus est, (b) nisi pœna subiecta sit.

(a) Quia in iis non potest peccari, nisi in solidum, unde etiam non contravenientes obligantur: non quidem in solidum, sed pro parte hereditaria. Quod enim in partes dividi nequit, ab omnibus videtur factum, text. in dict. l. 4. §. Cato. Et hoc est, quod dicitur petitionem fieri in solidum, sed solutionem partis afferre liberationem l. in executione 85. §. 7. l. Julianus 131. ff. b. t. 2. Quia conditio extitit, quæ tacite continetur in stipulatione: puta si contra quem promissum est, fiat, l. inter cohæredes 44. §. quæ ex fact. ff. fam. ercisc. Nec interest stipulatoris, ab uno vel pluribus impediatur.

(b) V. g. Si is cui iter promissum est, decedat pluribus hæredibus relictis, & unus prohibeatur, quò minus ire possit, respectu ipsius tantum non cohæredum reliquorum commissæ est stipulatio, ipseq; prohibitus duntaxat consequeretur id, quod interest *text. in l. 2. §. fin. & d. l. 4. §. Cato.* Cum enim singulorum stipulatoris hæredum non intersit. Ideoque æquitatis & benignitatis ratione receptum est, ut prohibitus pro suâ parte tantum agat *l. 2. §. incertum. ff. de prator. stipul.*

(c) Tunc enim in solidum committitur stipulatio, sed qui non sunt prohibiti, doli mali exceptione sumoveri possunt, *d. l. 2. §. fin.* Ratio est, quia stipulatio pœnalis semel commissæ individua est, & in solidum committitur. *d. l. in executione 85. §. 5. de V. O. l. si plures 6. C. de condit. Infert.*

LXXXII.

Quæ verò facta nuda sint, modò aliquid juris admixtum habent, ambigua dicuntur, & ita pro re subjecta nunc dividua, nunc individua censentur, ut rem, (a) habere licere (b) tradere.

(a) Puta si restituatur non solum res ipsa, verum etiam ejus possessio seu dominium propter jus admixtum dividua censetur. Sin verò nuda res ei, qui aliàs dominium, & possessionem habet, restitui debet individua cum in nudo facto consistat, quod pro parte expediri nequit *dist. l. 4. §. fin. de V. O. l. in conditione 9 ff. de cond. furt.* Cum n. plurima exempla extent in jure ut 1. in deposito ab hæredibus restituendo, *l. 1. §. si pecun. & l. 22. ff. deposit. c. 1. extr. depos.* 2. in hæreditate restituenda, ubi non modo factum, verum etiam jus vertitur §. *nibik. Inst. de fidecom. hered. l. non possumus. t. t. ff. si pars hered. petir.* 3. In commodato *l. sed mihi 3. §. hæres ff. commod.*

(b) *l. stipulatio ista 38. §. hi qui 6. §. habere 9 ff. h. t. l. habere. 88. ff. de V. S.* aliud enim est habere jure domini, aliud nudam detentionem, hoc in casu est individua, illo verò dividua.

(c) Si effectum juris continet, ut tradere possessionem, est dividua, sin minus individua, *l. rem tradi 28. l. stipulationes*

nes 72. ff. de V. O. Et ita de simill. quorum magnum nume-
rum cumulavit Eguin. Baro &c. de divid. & individ. oblig.
lib. 2. c. 4.

LXXXVIII.

Hic due gravissimae quaestiones exoriuntur: 1.
Utrum factum sit in obligatione & peti pos-
sit? quod simpliciter negamus.

Reperiuntur, qui factum solum in obligatione esse sta-
tuunt, sed tum demum, cum amplius fieri per rerum natu-
ram non potest, non vero cum tempus, quo fieri potuit ela-
psum est. Alii factum praecise peti posse: Alii vicissim, utrum-
que esse in obligatione, tam interesse quam factum, sed al-
ternative, ita ut electio sit actoris; quarum omnium sententia
juris rationi repugnat l. 72. in pr. l. si ita 92. §. 1. ff. h. t. l. si quis
17. §. 1. ff. de re jud. Baro. lib. 7. de divid. & individ. capit. 2.
§. & seq. Verum nunquam in obligatione, sed tantum in
praestatione & solutione esse, & quidem ex conditione obli-
gationis usque ad moram, ex aequitate vero usque ad litem
contestatam, majori consensione obtinuit, arg. l. 1. ff. de pen.
leg. l. cum sine 19. ff. quand. dies legat. l. si insulam. 84. l. si ita stipulatus
115. §. item si quis 2. §. l. 135. si ita quis §. Seja ff. de V. O. Ratio 1.
Assignatur à Duar. ex natura facti desumpta, ne obligatio in-
ducatur speciem quandam servitutis l. Titio 71. §. 2. ff. de cond. &
demonstr. ibi non locum esse cautioni, per quem jus liberta-
tis infringitur. 2. Ex tacita contrahentium voluntate, qui
non de ipso facto, sed de eo quod interest sensisse videan-
tur, Donell. in d. l. 72. h. t. §. l. 13. ff. de re judic.

LXXXIX.

Deinde: Num interesse, quod quidem con-
stat, peti posse (a) ab initio statim in obligatio-
ne (b) sit? An vero post moram demum? Poste-
rius placet.

(a) §. ult.

(a) §. ult. Inst. de V. O. l. obligationem 3. in pr. ff. de O. & A. l. si pœnam 68. l. stipulationes 72. l. quoties 81. l. si insulam 84. ff. eod. tit. l. si quis 13. §. 1. ff. de Re jud.

(b) Nec tunc, quando amplius fieri per rerum naturam non potest, sed mox elapso tempore, quo fieri potuit, d. ll. & l. si quis 112. §. 1. l. ita stipulatus 115. §. 1. & seq. ff. de V. O. Inest enim quasi sub conditione interesse stipulationi; ut si non fiat, debeat, argum. l. si pœnam ff. quand. dies. leg. d. l. 72. ubi Donell. Eg. Baro libr. 3. c. 2. de divid. & individ.

LXXXV.

Finis stipulationis summus est, ut nexu & vi verborum ad dandum vel faciendum promissor sit obstrictus, etiam nullâ re interveniente.

l. 1. §. verbis 7. l. 3. in pr. & §. fin. ff. de O. & A. l. 1. l. §. in pr. & §. 1. l. inter stipulantem 83. l. continuus 137. ff. h. tit. Quia enim utile erat in Republ. contractum aliquem existere, qui sine aliis adminiculis promittentem obligaret, quod res contrahentibus præ manibus semper non sint, ideò jure civil. inventæ sunt stipulationes Wesemb. in parat. hic n. 13.

LXXXVI.

Sive negotium principaliter contrahatur, (a) sive confirmet alias obligationes, (b) seu judicia. (c)

(a) §. fin. Inst. de obl. §. rei persequenda. Inst. de act. l. si ex precio 6. C. si cert. pet. si enim stipulatio per se efficax & firma obligandi causa non esset, sine ulla alia certè non ex stipulatione, sed ex stipulationis illius causa oporteret solvi, quod tamen falsum est §. 3. Inst. per quas person. nob. pr. Inst. de V. O. ubi aliquis verbis astringitur aliquid dari vel fieri & l. 3. de O. & A. Deinde petat ex l. emptio 3. ff. de resc. vend. ubi stipulatio subsistit, & firma manet, emptione, cui subdita est, corruente. Diff. Vult. Inst. h. t. n. 19.

(b) Tam principales quàm necessarias, unde firmandarum

darum obligationum causa inventas esse stipulationes Paul.
ait lib. 5. sent. tit. 7. fac. l. stipulatio 5. §. conventionales ff. de
V. O. Quæ superioribus non obstant, quamvis enim aliis
contractibus & pactis accedant, ob id tamen earum naturam
non assumunt d. l. 3. de Resc. vend. l. 12. & seqq. ff. de Edict.

(c) ut judicia sint rata & firma, non elusoria aut sine
effectu. l. 1. §. 1. & seqq. ac t. t. ff. de prator. stipulat. Goed. ele-
ganter lib. Inst. c. 5. n. 163.

LXXXVII.

Unde resultat illa divisio, quâ stipulationes
omnes dissepiscuntur in conventionales & Honorarias.

(a) Hæ vicissim in judiciales, prætorias, & commu-
nes. (b)

(a) l. obligamur 52. §. 6. ff. de O. & A. l. 5. in pr. ff. de V. O.
t. t. Inst. de divis. stipulat. illæ sunt voluntariæ, & ex partium
consensu dependent; Hæ necessariæ, & tantum fidejussoribus
fiunt. d. l. 52. §. 2. l. 3. & 9. ff. de prator. stipulat.

(b) Quæ enim publicâ auctoritate fiunt, à iudice aut
prætoře interponuntur, id est, vel iudicando vel imperando
seu promiscuè. Goed. d. c. 5. n. 177. & seqq. Gifan. ad pr. Inst. de
Div. stipulat.

LXXXVIII.

Judiciales sunt, quæ à mero iudicis officio profici-
scuntur: veluti de dolo cautio (a) Prætorie, quæ à me-
ro Prætoris officio veluti damni infecti (b) ita tamen
ut in his Ædilitiæ etiam contineantur. (c) Com-
munes, quæ modò apud Prætořem, modò iudicem
interponuntur. (d)

(a) §. Judiciales Inst. de divis. stipulat. l. 5. in pr. ibi judiciales
ff. de V. O. Lite autem contestatâ res in iudicium deduci, ac
proinde ex ea initium capere dicitur, l. un. C. de lit. contest. l. 1.
C. de iudic.

H

(b) Et

(b) Et solo prætoris officio seu ejus, qui jurisdictioni præest interponuntur, puta si magistratus pro potestate sine judicio procedat non absolvendo vel condemnando, sed exequendo §. 3. *Inst. de divis. stipulat. d. l. 5. in pr. Donell. ibid. n. 6.*

(c) *d. §. prætorie 3. & d. l. 5. ibid. l. si ita quis 31. ff. de edict. uti etiam Tribunitia, quarum mentionem fecit Ulpian. in fragm. lib. 7. si maritus. Quoniam etiam proficiscuntur ab eo, qui jurisdictionem habent, unde vox prætoris in d. §. 2. & d. l. 5. vers. prætorie: non in specie pro prætore seu magistratu jurisdictionem habente accipienda, quod video placuisse Anton. Contio lib. 2. lection. success. c. 19.*

(d) Ut sunt stipulatio, rem pupilli salvam fore, stipulatio duplæ & cautio rati *d. §. fin. de Div. stipulat. d. l. 5. v. Communes ff. h. t. l. quod si nolit §. qui assidua ff. de Edict. l. si ita quis 31. & l. seq. ff. de edict.* Non tantum enim Prætor, sed etiam judex interdum si aliter res expediri non poterat, jubebat rem pupilli salvam fore, *Barnab. Brissou. lib. 6. de foren. & sol. pop. Rom.*

LXXXIX.

Subdividuntur prætorie vicissim in judiciales, quæ propter firmitatem judiciorum. (a) Cautionales quæ instar actionis habent, & ne nova sit actio. (b) Et communes, quæ fiunt judicii sistendi (c) causa intercedunt.

(a) Ut judicatum solvi & ex novi operis nunciatione *l. 1. §. judiciales ff. de prætor. stipulat. Quæ descendunt ex jurisdictione Prætoris, & satisfactione opus habent l. 3. ff. ead. h. t.*

(b) *§. 2. Inst. de Div. stipulat. d. l. 1. §. cautionales ff. de prætor. stipulat. Ut rem pupilli salvam fore, & omnes stipulationes, quarum finis & effectus hic est, ut ad cautionem illis utamur. Gothofr. ad d. l. 1. §. cautionales per l. 12. ff. rem rat. haber.*

(c) *l. 1. §. 3. ff. de prætor. stipul. l. fin. ff. si quis in jus voc. non ierit l. etsi post 8. l. si procurator pen. ff. si quis caution. Pertinent enim ad judicia, ne frustra dies agendi præstituatur, non, ut per illam firmentur Wesemb. in parat. n. 5. h. t.*

X C. Cum

Cum reliquis contractibus hoc commune habet stipulatio, ut fiat vel purè (a) vel in diem (b) vel sub conditione (c) utrum autem ex stipulatione pura statim agi possit? (d) Affirmatur.

(a) *ex. in . omnis Inst. de V. O.* Purè fit stipulatio, cum illi neq; dies neque conditio adjicitur, *Motz. de contract. C. de stipul. pura n. 2.*

(b) In diem, cum tempus certum quo quid fieri vel dari debet, stipulationi adjicitur *d. §. omnis l. cum qui 41 ff. de V. O.* Et ex hac stipulatione statim quidem debetur, sed peti priusquam dies venerit non potest, & ne eo quidem die, sed totus ille dies in arbitrio solventis relinquitur, ut priusquam is præterierit, debitum peti nequeat. *d. §. omnis verò id autem h. t. §. fin. Inst. de inutil. stipulat. l. 42 ff. h. t.* In his enim stipulationis quamvis dies statim cessit, id est, nata sit obligatio, dies tamen nondum venit, id est, actio nondum nata est, *l. cedere rem diem 213 ff. de V. S.* Ratio est, quia dies non differenda obligationis, sed solutionis seu execut: gratia adjicitur. Utrum autem stipulatori invito ante diem rectè solvi possit, hinc quaeritur: Nego per *l. si soluturus 39. l. qui decem 72. in pr. ubi sine iusta causa accipere recusat l. creditor 102. ff. de solut. Cujac. ad l. stipulatio ista 38. §. inter incertum de V. O. §. 23. obs. 22. Dissent. Faber. i. coniect. i. cui respondet Borcholt. de V. O. c. 6. nu. 35.*

(c) Sub conditione verò, cum ejus obligatio in aliquem futurum eventum differtur *§. sub condit. Inst. de V. O.* Effectus est, ut obligationem differat ac suspendat *d. l. cedere diem.* Unde sequitur, ante ejus existentiam nec deberi ac peti posse, sed spem tantum esse debitum iri, ita tamen ut ad hæredem transmittatur *diel. §. sub conditione l. si quis 57. ff. h. t.* Quod in legatis fallit. Mortuo enim Legatario ante conditionis existentiam, legatum ad hæredem non transmittitur *l. 4. §. 5. ff. qn. dies leg. l. is cui 42. de O. A.* Ratio, quia contrahentes non modò sibi, verùm etiam hæredib. prospexisse videntur *l. tale pactum 40 §. fin. ff. de pact. l. si pactum 9. ff. de probat.* In legato verò nullum legatarii factum intercedit, sed à sola testatoris

voluntate dependet, qui solo legatario prospexisse intelligitur, ob meritum vel singularem amorem *l. 9. ff. pro socio*. Potest etiam hæc reddi ratio, quod legata, utpote donationes sint facti, *l. pen. ff. de cap. dimin.* Stipulationes verò quoad obligationem jus in se contineant. Quæ autem juris sunt, perpetuæ dicuntur & ad hæredes transeunt *l. hereditas 62. de R. J.*

(d) per *l. cedere diem 213. de V. S.* ubi purè quis stipulatus fuerit, & venit & cessit dies. Confestim peti potest. §. *omnis stipul. Inst. l. 56. §. qui ita 4. & l. 118. §. 1. l. continuus 137. §. 4. ff. b. t. 3. l. 26. ff. de stipulat. serv.* ubi stipulatio pura conditionali opponitur, quod in hac petitio suspensa sit. 4. Quoties dies in obligationibus non adjicitur, præsentè die debetur. *l. 41. §. 1. de V. O. l. 14. de R. J.* quod simpliciter procedit. Nisi rei vel facti natura aliavè causa dilationem temporis inducat. *l. interdum 7. 3. l. continuus 137. §. 2. & secus ff. b. t.* Donell. ad *d. l. 41. §. 1. de V. O. Bart. & Dd. in l. 105. ff. de solut.* Hippol. à Collib. in *d. l. in omnibus ff. de R. J. Weseemb. in parat. de V. O. nu. 12.* Qui tempus solutionis cum tempore agendi confundunt, vid. Menoch. 2. arbit. jud. 9. c. 27.

XCI.

Effectus stipulationis est, ut vi obligationis producat actionem certi, si certum (a) & actionem ex stipulatu, si incertum quid promissum est (b) Quæ in hæredes sunt transitoria. (c)

(a) pr. *Inst. b. tit.* si scilicet ex contractu appareat, quod quale quantumvè debeatur *l. 74. & seq. ff. de V. O.*

(b) Non quidem, quod genere, nam illæ stipulationes nullius momenti sunt *l. ita stipulatus 115. ff. b. t.* Sed quod specie tantum incertum est, certum tamen fieri potest. *d. §. 1. Instit. b. t.*

(c) *l. vetere 13. & l. fin. §. 1. C. de contrab. & committ. stipulat. Gœd. c. 11. n. 147.*

XCII.

De factis hæc dubitatio elegans exsurgit, num casum

*sum certum contineant, adeoque actio certi detur
nec ne?*

Quod contra Baronem & Bartolum negare non verebor. Quia facta non sunt in obligatione, nec in iis æstimatione principalis distincta ab eo, quod interest, ad quem contra-hentes directè respexisse dici possunt, reperitur, sed quicquid ibi est solùm est interesse, ejus pars & ad id refertur. *l. stipulationes 72. de V. O. & l. 13. §. 1. ff. de jud.* Nec dimovet nos, si de facili æstimationem recipiant: Quid enim hac ratione non erit certum? Deinde certitudo non ex facilitate æstimationis, sed ex ipsa æstimatione principali definienda *l. un. C. de eo, quod interest.*

XCIII.

*Convenit & in hoc cum reliquis contractibus, ut
non nisi consensu fiat (a) cui contrarius est error,
(b) & dolus. (c)*

(a) *l. inter stipulantem 83. §. 1. ibi namq; stipulatio utriusq; consensu perficitur ff. b. t.* Ratio quia est conventio, quæ ex consensu in idem placitum consistit *l. 1. ff. de pact.*

(b) *l. si per errorem 18. ff. de jurisdict. l. 57. ff. de O. & A. l. nihil consensui 116. ff. de R. J.* Modò error sit in corpore *d. l. int. stipulantem §. 1. b. t. §. si de alia Inst. de inutil. stipul.* Sin verò in materia seu nomine, stipulationi nihil obest. *l. si id 22. & l. si in nomine ff. de V. O.*

(c) Sive dolus sit causam dans contractui, sive incidens, ita tamen ut ipso jure valeat stipulatio, & agens ex stipulatu exceptione repellatur *l. 36. ff. b. t.* Quod secus est in contractibus b. f. quo ad dolum causam dantem contractui; ubi contractus ipso jure annullatur *l. & eleganter 7. ff. de dol. l. in causa 16. ff. de minor. l. 3. §. ult. ff. pro soc. Goed. de contrah. stipul. c. 3. n. 91. & seqq.*

XCIV.

Ultra dolum præstatum & in hoc contractu culpa lata (a) non levis, multò minus levissima, seu

H 3

casus

casus fortuitus, nisi promissor in se receperit, vel moram (b) admiserit.

(a) *l. si servum 91. ff. b. t. cum stipulatoris potius quam promittentis gratia contrahatur stipulatio, arg. l. 5. §. 1. ff. commod.*

(b) *l. si ex legat. 23. l. Stichus 33. l. nemo 82. §. 1. ff. de V. O. Goed. c. 11. n. 23.*

XCV.

Mora committitur velex re (a) velex personâ. (b)

(a) *Solo tempore tardæ pretii solutionis l. sed §. 23. §. 1. §. l. cum verò 26. §. 4. ff. de fideicom. libert. l. in minorem. C. in quibus caus. in integ. rest. nec non est Menoch. arbitr. jud. quest. c. 220. n. 6.*

(b) *Quando interpellatus opportuno loco & tempore debitor de solutione faciendâ non solvit l. Mora 32. in pr. ff. de usur. ibid. Gothof. Interpellatio autem fit vel judicialiter, scilicet litis contestatione l. 1. §. 2. C. de usur. §. fruct. l. vinum 22. ff. de reb. cred. vel extrajudicialiter tam expressè quàm tacitè, ut est in obligationibus in diem contentis l. magnam 12. C. de contrab. §. comm. stipul. l. 2. ff. de l. commiss. Dies enim interpellat pro homine Kitzell. de oblig. mutui c. 9. n. 22.*

XCVI.

Is qui dare promisit, si dandi facultatem habet, dominium transferre præcisè tenetur in stipulatorem nec liberatur præstatione ejus, quod interest, (a) Quod in faciendi obligationibus secus est. (b)

(a) *l. ubi naturalem 75. §. fin. ff. b. t. §. si itaq. Inst. de act. l. si ita 25. §. 1. ff. de contrab. empt. ubi Goth. Treut. p. 2. disp. 27. ib. 1. lit. K.*

(b) *l. 13. §. 1. ff. de re jud. l. si pœnam 68. C. stipulationes vers. Celsus l. si insulam 84. l. 112. §. fin. ff. de V. O. Anton. Faber. 6. conj. 17. Gometz. 2. var. resolut. 10. n. 22.*

XCVII.

Veniunt & in istas actiones fructus post litem contestatam percepti, (a) non verò usurae, nisi promissa. (b)

(a) *l. si*

(a) *l. si filiusfam. 78. §. fin. ff. b. t. l. 3. §. si emptor ff. de action. empr.* Ratio est, quia sunt actiones stricti juris, quibus non venit, nisi quod in stipulationem deductum est, *l. quicquid 99. & l. seqq. ff. de V. O.* Nec mora nocet in eo, ut faciat deberi aliquid amplius, quod aliàs non debetur, sed ne desinat deberi, quod debitum est; Quamvis postea perierit *Goed. d. c. 11. n. 116.*

(b) *l. Titius 24. ff. de pres. verb. l. 3. C. de usur. l. facta. ff. de reb. cred. Coras. Miscell. c. 7. lib. 2.*

XCVIII.

Promittens certum aliquid, ipsius rei interitu liberatur, nisi per eum steterit, quo minus homo daretur,

(a) *sin incertum periculum in ipsum redundat, nisi tempestivè obtulerit, & ita creditorem in mora constituerit.*

(a) Puta Pamphilum, eo enim mortuo amplius conveniri nequit, text. express. in *l. si ex legati 23. l. inter stipulantem. 83. §. 5. ubi nam & ff. b. t. Accuratè Anton. Faber 2. Conject. 4. Gometz. 2. var. resolut. 2. nu. 32.*

(b) V. G. promittens hominem, Pamphilo seu Sticho mortuo non liberatur, cum genus seu quantitas non pereat, *l. qui decem 72. ff. de solut. l. in ratione 30. §. incerta. ff. ad l. Falc. l. incendium 11. C. si certum pet. Goed. d. c. 11. n. 81. & seqq.*

XCIX.

Si ob moram vel culpam commissam res debita prestari non possit, cujus temporis aestimatio facienda sit, non inter omnes constat? Nos litis contestationis tempus indistinctè inspiciendum esse existimamus, (a) nisi certus dies stipulationi sit adjectus, tunc autem tanti aestimatur, quanti illo die fuit. (b)

(a) *l. vinum 22. ff. de reb. cred. l. Centum capuae in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. fin. ff. de cond. tritic. l. sed mihi 3. §. 2. ff. comm.*

Nun-

Nunquam verò tempus moræ cum illa obligationem augere non possit. Siquidem stipulationis natura stricta arbitrium & officium judicis non admittat, *Anton. Faber 16. coniect. cap. 2.* Quod in judiciis b. f. propter iudicii æquitatem secus est. §. *in bonæ fidei Inst. de act. l. 3. §. fin. ff. de act. Empt. d. l. 3. §. 2. ff. commod.*

(b) *d. l. vinum. l. hominem 37. ff. mand. quotiens 59. & l. seq. ff. de V. O. l. si Kalendis 11. ff. de rejud.* Quia dies solutionis est pars obligationis *l. 1. §. 2. ff. de Edend.* Cum illam æstimationem subintellexisse videntur, *Hott. q. illustr. 16.*

C.

Dissolvitur verò stipulatio, & ex ea actio vel ipso jure, (a) vel ope exceptionis. (b)

(a) Ipso jure quidem variis modis, puta solutione, acceptilatione *l. 107. ff. de solut. l. 1. & t. t. ff. de acceptil.* Novatione §. *præterea Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 1. & t. t. ff. & C. de Novat.* Confusione, si scil. creditor debitori vel debitor creditori hæres existat. *l. sicut 75. l. Stichum 95. §. 2. ff. de solut.* Nec contra naturalem vel civilem rationem sibi ipsi quis debere videatur *l. debitori 7. C. de pact.* Et compensatione *l. 4. l. 10. §. fin. ff. & l. ult. C. de compensat.* Non verò Transactione, quæ tantum parit naturalem obligationem, adeoq; exceptionem *l. 1. l. 2. ff. de transact.* Nisi munita sit Aquilianâ stipulatione *l. Aquiliana 4. l. seq. & l. parte 15. C. de Transact.* Tunc enim ipso jure à stipulationis nexu contingit liberatio *l. 2. l. 4. ff. & C. b. tit.*

(b) Ope exceptionis videl. pacto de non petendo *l. 95. §. 4. ff. de sol. l. si unus 27. §. pactus. ff. de pact.* Præscriptione *l. 2. & l. 4. & t. t. C. de præscript. 20. vel 30. Ann.* Oblatione & depositione *l. acceptam 19. C. de usur. l. obsignatione 9. C. de solut.*

Exceptione doli *l. 36. ff. de V. O. l. 5. C. de inutil. stipulat.*

F I N I S.

☉ [o] ☉



Leipzig, Diss., 1593/1613

ULB Halle
004 954 793


3



V17








Farbkarte #13

B.I.G.



ca 1618 2/7

25

RIA
IONUM,
E
ATIONI-
MQVE DI-
INDIVI-

18

reconsultorum ordine

SIDIO
LOCHMAN-
C.

cademia examinan-

NINGIUS

48/155

